GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
Golden Thread
Colors by Munsell Color Services Lab

CELII DONATI COMMENTARIVS IN TERENTII COMEDIAS.

M CCCC LXX

192

THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

PAGEANT

1470

H6382
D284

R49

PVBLIVS TERENTIVS AFER Carthagine natus: seruiuit Rome Terencio Lucano senatori. a quo ob ingenium & formam non institutus modo liberaliter: & mature mamumissus. Quidam captum esse existimāt: quod fieri nullo modo potuisse fenestella docet. cum in fine secundi belli: & ante inicium tercii natus est: & mortuus. Nec si a numidis & getulis captus sit ad ducem Romanū peruenire potuisse: nullo comercio inter Italicos & Afros: nisi post deletam cartaginem coepto. Hic cum multis nobilibo familiariter vixit. Sed maxime cum Scipione Aphricano & cum Lelio. quibo eciā corporis gracia conciliatus existimat̄. Quod & ipsum fenestella arguit: contendens vtroq; maiorem natu fuisse. quāuis Cornelius nepos equales omnes fuisse tradit. et Porcius suspicionē de cōsuetudine per hec faciat: dum Lasciuiam nobilium & fuscosas laudes petit. dum Africani voce diuina inbiat auidis auribus. dum ad furiū se coemitare: & Lelium putat pulchrū. dum se amari ab his credit: crebro in albanum rapi: ad florem etatis sue: ipsis sublatis rebus ad summā inopiam redactus est. Itaq; e conspectu omnium abiit in greciā in terram vltimam. mortuus est in stimphalo arcadie oppido. Nihil. P. Scipio profuit: nihil ei Lelius. nihil furius tres per idem tempus qui agitabant nobiles. Facillime eorum ille opera: ne domum quidem habuit cōducticiam saltem: ut esset quo referr& obitum domini Seruulus: scripsit Comedias sex. ex quibus primam Andriam cum edilibus clar& iussus ante Cerio recitare: ad cenantē cum venisset dictus est inicio quidem fabule: quod erat contempciore vestitu subsellio iuxta lectulum residens legisse. post paucos vero versus inuitatus ut accūber& cœnasse vna: deinde cetera percurrisse non sine magna Cerii admiracione, et banc

autem & quinq; reliquas equaliter populo probauit. Quãuis Volcacius de enumeracõe ita scribit. sumere ẽ Echira sexta ex his fabula. Enuchus quidem bis acta est. meruitq; precium quãtum nulla alia cuiusquã comedia. videlic& Octomilia numum. propterea sũmo q; titulo ascribit. Nam Adelphorũ principium Varro eciã prefert principio Menandri. Non obscura fama ẽ adiutum Terencium in scriptis a Lelio & Scipione. Eandem ipse auxit: nunq; enĩ nisi leniter se tutari conatur. ut in prologo Adelphoz. Nam quod isti dicunt maleuoli homines nobiles hunc adiutare: assidueq; una scribere: quod illi maledictum vehemẽs existimant eã laudem hic ducit maximam quod illis placeat qui vniuersis & populo placent: quoz opera in bello: in ocio: ĩ negocio suo quisq; tempore usus est sine superbia. Videtur autẽ se lenius defendisse. quia sciebat & Leliorum Scipioni non ingratã esse hanc opinionem: que tamen magis & usq; ad posteriora tempora valuit. Qu. Memmius in oracione pro se ait. P. Africanus qui a Terentio personam mutuatus: quæ domi luserat ipse nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait. C. Lelium quõdam in puteolano. cl. Martii admonitum ab vxore temperius ut discumberet: peciisse ab ea ne interpellarẽt: serius tandẽ ingressus triclinium dixisse: non sepe in scribendo magis suc cessisse sibi. deinde rogatum ut scripta illa proferret. pronũciasse versus qui sũt in Heautontimorumeno satis pol proterue me siri promissa huc induxerunt. Satra Terentium existimat si modo in scribẽdo adiutoribus indiguerit non tam Scipione & Lelio uti potuisse: qui tunc adolescẽtuli fuere. Qu. Sulpicio Gallo homine docto & qui cõsularibus ludis inicium fecerit fabularum dandaz. uel. Qu. Fabio Labeone: & M. Põpilio cõsulari vtroq; ac poeta. Ideo ipsum non iuuenes designasse qui se adiuuasse dicerent. Sed viros quorũ

operam & in bello: & in ocio: & in negocio populus sit expertus. Post editas Comœdias quinq; atq; trigesimum egressus annum: causa euitande opinionis. quia videbat aliena pro suis edere: seu percipiendi grecor in stituta moresq; quos perinde exprimeret in scriptis: egressus est neq; amplius rediit. De morte eius Volcacius tradit. Sed ut Afer sex populo edidit Comedias: iter hinc in asiam fecit. Nauim cum semel cõscendit visus nunquam est: sic vita uacat. Qu. consecius reuntem e grecia periisse in mari dicit cum centũ & octo fabulis conuersis a Menandro. Ceteri mortuum esse i arcadia stimphali sinu leucadie tradũt Cn. Cor. Dolobella Marco fuluio nobiliore consulibus: morbo implicitum acri dolore ac tedio amissarũ fabularũ: quas in naui premiserat: ac simul fabularum quas nouas fecerat. Fuisse dicit mediocri statura: gracili corpore: colore fusco. Reliquit filiam quæ equiti Ro. nupsit. Item hortulos. xx. iugerum via Appia ad Martis villam. quo magis miror Porcium scribere. Scipio nil p fuit: nihil ei Lelius: nihil Furius. Tres per idem tempus qui agitabant nobiles: facillime eorũ ille opera ne domum quidem habuit cõducticiam saltem ut esset q referr & obitum domini seruulus. Hunc Afranius quidem omnibus comicis prefert: scribens in compitalibo Terencio nõ similem dicens quempiam. Volcacius autem non solum Neuio & Plauto & Cecilio: sed Liuio quoq; postponit. Cicero in Limone hactenus laudat. Tu q; qui solus lecto sermone terenti. Conuersum expressumq; latina voce Menandrũ. In medio populi sedatis uocibus effers. Quid quod come loquens ac omnia dulcia dicens. C. Cesar tu q; tam submisso dimidiate Menander. Poneris: & merito puri sermonis amator. Lenibus atq; utinam scriptis adiuncta foret. Vis comica ut equato virtus polleret honore cum grecis. neq; in hac despecta parte iaceret. Vnum hoc maceror

& doleo tibi deesse terenti. Hec Suetonius tranquil-
lus. Nam duos Terencius poetas fuisse scribit Meci9
quoꝝ alter fregelanus fuerit Terentius libertus. Al-
ter libertinus Terentius Afer patria. de quo nunc lo
quimur. Scipionis fabulam edidisse Terencius Vale-
gius nacione ait. he quæ vocant̃ fabule cuie sunt? non
has qui iura populi recenscentibꝫ dabat summo hono-
re affectus fecit fabulas? Due ab Appollodoro trans
late esse dicunt̃ comico. Phormio et ecyra. Quatuor re
lique a Menandro: ex quibus magno successu & pre-
cio stetit Eunuchus fabula. Ecyra sepe exclusa vix ac
ta est. INITIVM Tragœdie & Comœdie a rebꝫ
diuinis est inchoatum. quibus pro fructibus uota soluẽ
tes operabant̃ antiqui. Nam incensis iam altaribus &
admoto hirco id genus carminis quod sacer chor9 red
debat libero patri tragedia dicebat̃. uel
hoc est ab hirco hoste vinearum. & a Cantilena eius.
ipsius rei apud Virgilium plena fit mencio. Vel ꝙ hir
co donabat̃ eius carminis poeta. Vel ꝙ uter eius mu-
sti plenus solemne premium cantoribus fuerat. Vel ꝙ
ora sua fecibus perlinibãt scenici ante vsum personaꝝ
ab Heschilo repertum. Feces enĩ dicunt̃ grece
& his quidem causis tragedie nomen est inuentũ. At
vero nõdum coactis in vrbem atheniensibus cũ Appol
lini nomio id est pastorum uicinorũ ue presidi deo con
structis aris ĩ honorem diuine rei: circum attice vicos
villas: pagos: & compita festum carmen solemniter cã
tarent orta est Comedia quod est cõmessatũ
ire cantantes: quod appõtis solemni die: vel amatorie
lasciuiẽtibus choris comicis non absurdum est. Itaq; vt
rerum ita eciam temporum ipsoꝝ cœpto ordine trage
dia primo prolata esse cognoscit̃. Nam ut ab in cultu
& feris moribus paulatim peruentum est ad mansue-
tudinem: vrbesq; sunt condite: vita micior atq; ociosa
processit. Ita res tragice longe ante comicas inuente.

Quãuis retro prisca uolentibus reperiãt thespis trage die primus inuentor. & comedie veteris pater Eupo lis cum Cratino: Aristophanesq; esse credaẽ. Homerus tamẽ qui fere omnis poetice largissimus fons est: eciã his carminibus exempla prebuit: & velut quadã suoꝝ operum lege prescripsit: qui iliadem instar tragedie: odisseam ad imaginem comedie fecisse monstraẽ. Nã post illius tale tantũq; documẽtum ab ingeniosissimis imitatoribus digesta sunt in ordinem: & diuisa sũt ea quæ eciã tum temere scribebanẽ adhuc impolita: atq; in ipsis rudimentis haud quaq; ut postea facta sunt de cora atq; lenia adeo ut ea propria de tragedia dicenda sunt. De titulo propositi operis ue instantis ĩ alia tem pora differam9. & de his fabulis iam loquamur quas Terentius imitatus est. Postq; demõstrande originis causa de utriusq; generis inicio diximus: quod necesse est iam dicamus. Comœdia fere uetus ut ipsa q; olim Tragedia simplex carmen: quẽadmodum iam dixim9 fuit: q; chorus circa aras fumãtes nunc spaciatus: nũc reuoluens giros cum tibicine concinebant. Sed primo vna persona subducta est cantoribus: quæ respondẽs al ternis choro locupletauit. Variauitq; rem mu sicam tum altera tum tercia: & ad postremum crescen te numero per actores diuersos persone palle: cothur ni: socci: & ceteri ornatus atq; insignia scenicoꝝ reper ta: & ad hoc vnicuiq; suus habitus & ad vltimum qui primarum parcium: qui secundarum & terciaꝝ quar tiq; loci atq; quintarũ actores essent distributa & di uisa quinq; partita acta est tota fabula: que tamẽ in ip sis ortus sui velut quibusdam incunabulis et vix dum incipiens dicta est Archaea. Idcirco quia no bis parũper cognitis viciis aut quia inest ĩ ea velut historica fides vere narracionis: & denominacõ omniũ de quibus libere describebaẽ. Etenĩ per priscos poetas non ut penitus ficta argumẽta: sed res geste a

ciuibus palam cum eoꝝ ſepe qui geſſerant nomine de-
cantabañ. Ideo ipſa ſuo tempore moribus multum p
fuit ciuitatis: cum vnuſquiſq; caueret culpa ne ſpecta
culo ceteris extitiſſet: & domeſtico probro. Sed cum
poete abuti licencius ſtilo & paſſim ledere ex libidine
cepiſſent plures bonos: ne quisq; in alterum crimen in
famie poneret: lata lege ſanxerunt. Et hinc deinde ali
ud genus fabule Satira ſumpſit exordium. que a Sa-
tiris Cquos illotos ſemper ac petulantes deos ſcimus
eſſe Dvocitata ẽ. Et ſi aliunde nomen praue putãt alii:
hec que Satira dicit̃ eiuſmodi fuit: ut in ea quãuis du
ro & veluti agreſti modo de viciis ciuium: tamen ſine
vllo proprii nominis titulo carmẽ eſſet. Quod item ge
nus Comedie multis obfuit poetis: cum in ſuſpicionẽ
potentibus ciuibus veniſſent. illoꝝ facta reſcripſiſſe in
peius ac deformaſſe genus ſtilo carminis. quod primo
Lucilius nouo cõſcripſit modo: vt poeſim inde feciſſet
id eſt vnius carminis plures libros. hoc igit̃ quod ſup̃
diximus malo coacti omittere Satiram aliud gen9 car
minis hoc eſt nouam comediam repetere. po
teq; argumento cõmuni magis & generaliter ad om
nes homines qui mediocribus fortunis agunt pertine
ret. & minus amaritudinis ſpectatoribus: & eadẽ ope
ra multum delectacionis afferret. Concinna argumen
to: cõſuetudine congrua: vtilis ſentenciis: grata ſalibꝰ
apta metro. Vt dicit̃ ſuperiores ille ſuis quæq; celebra
bantur auctoribus ita hec Cum multoꝝ an-
tehac poſtea tum precipue Menandri Terentiiq; eſt:
de qua cum multa dicenda ſint ſat erit: tamẽ velut ad
monendi lectoris cauſa quid de arte comica veterum
chartis cõtinẽt exponere. Comedia uetus ut ab inicio
chorus fuit. paulatimq; perſonaꝝ numero in quinq; ac
tus proceſſit. ita paulatim velut attrito atq; extenua-
to choro ad nouam comediam ſic peruenit: ut in ea nõ
modo non inducat̃ chorus: ſed ne locus quidem vllus

iam relinquat̃ choro. Nam postq̃ ocioso tempore fasti
diosior spectator effectus est: tunc cum ad actores ab
auctoribus fabula transibat: cum surgere & adire cœ-
pisset admonuit poetas primo quidem choros locũ ei9
relinquentes: ut Menander fecit hac de causa: non ut
alii existimant. Alii in proscenio ne locum quidem re-
liquerunt: quod latini fecerunt Comici. vnde apud il-
los dirimere actus quinq; partitos difficile est. Cũ eci
am greci prologos non habent more nostroꝝ quos lati
ni habent. Deinde & deos argumentis
narrandis machinatos. Ceteri latini instar grecorũ ha
bent. Terentius non habet ad hoc prostatica prosopha
& personas extra argumentũ accersitas non facile ce-
teri habent: quibus Terentius sepe vtitur: vt per haꝝ
inductiones facile pateat argumentum. Veteres & si
ipsi q̃ in metris negligencius vsi sunt iambici versus.
dumtaxat in secundo & quarto loco: tamem a Terẽtio
vincunt̃ resolucione huius metri: quantũ potest cõmi-
nuti ad imaginem prose oracionis: tum personarum le
ges circa habitum: etatem: officium: partes agendi ne
mo diligencius Terencio custodiuit: quin eciam solus
ausus est in fictis argumẽtis cum fidem ueritatis asse
queret̃. eciam contra prescripta comica meretrices in
terdum non malas introducere: quibus tamen cur bo-
ne sint & voluptas per ipsum & causa nõ desit: hec cũ
artificiosissima Terentius fecerit. tum illud est admi
randum quod & morem retinuit ut comediam scribe
ret: & temperauit affectum ne in tragediã transiliret
quod cum aliis rebus minime obtentum: & a Plauto:
& ab Afranio et Accio & multis fere magnis comicis
inueniemus. illud q̃ in Terencianas virtutes mirabi-
le quod eius fabule eo sũt temperamẽto: ut neq; extu-
mescant ad tragicam celsitudinem: neq; abiciant̃ ad hi
strionicam. Adde q̃ nihil abstrusum ab eo ponitur aut
quod ab historicis reqrendum sit. quod sepius Plaut9

facit: & eo est obscurior in pluribus locis. Adde q̄ argumenti ac stili ita attente memor est: ut nusquā claudicarit aut errauerit que obesse potuerūt: tum qđ media primis atq; postremis ita nexuit: ut nihil additum alteri: sed aptum & ex se totum: & vno corpore videatur esse cōpositum. Illud q̄ mirabile in eo primo quod non ita misc& personas quatuor: ut obscura sit earum distinctio. Et item quod nihil ad populum facit actorem velut ex tragedia loqui: quod vicium Plauti frequētissimū est. Illud eciam inter cetera eius laude dignum videē quod locupleciora argumēta et duplicibus negociis delegerit ad scribendum. nam accepta Echira: in qua scribit Pamphili amorem: cetere quinq; binos adolescentulos habent. illud vero tenendum est ne latinos multa fabularum genera protulisse: & ut togatas a Scenicis atq; argumētis latinis: prextatas ad dignitatem personarum tragicaq; & latina historia. Attellanas a ciuitate campanie vbi actitate sunt plurime. Rithonicas ab actoris nomine. Tabernarias ab humilitate argumenti et stili. Mimmos ab diurna imitacione vilium rerum & leuium personarū

Inter tragediam autem et comediam tum multa tum in primis hoc distat: q̄ in Comedia mediocres fortune hominum: parui impetus periculaq; letiq; sūt exitꝰ actionum. At in Tragedia omnia contraria: ingentes persone: magni timores: exitus funesti habenē. & illic turbulenta prima: tranquilla vltima. In Tragedia cōtrario ordine res agunē: tum quod in tragedia fugienda vita: in comedia capescenda exprimitur. Postremo q̄ omnis comedia de fictis est argumētis. tragedia saepe de historica fide petiē. Latine fabule primo a Liuio Andronico scripte sunt ad cunctas res: eciam tum recencius idem poeta & actor fabularum suaq; fuisse t Comœdie autē motorie sunt: aut statarie: aut mixtē: motorie turbulēte. statarie q̄eciores. mixte ex vtroq;

actu cõsistentes. Comedia per quatuor partes diuidit̃ Prologum: Protesim: Epitasim: Catastrophen. Prologus est velut prefacio quedam fabule: in quo solo licet preter argumẽtum aliquid ad populum: uel ex poete vel ex ipsius fabule: vel ex actoris cõmodo loqui. Protesis primus est actus iniciumq; drãmatis. Epitasis incrementũ processusq; turbarum: ac tociusq; ut ita dixerim modus erroris. Castrophe cõuersio rerum est ad iocundos exitus patefacta cunctis cognicõe gestorum. Comedia est fabula diuersa cõstituta continens affectum ciuilium ac priuatorũ: qua discitur quid sit in vita vtile: quid contra euitandum, hanc greci sic diffinire Comediam esse Cicero ait imitacionem vite: speculum cõsuetudinis: imaginem veritatis Comedie autẽ more antiquo dicte quia in vicis huius modi carmina inicio agebant̃ apud grecos vt in Italia cõpitalicis ludicris admixto pronunciationis modulo quo dum actus cõmutant̃ populus detinebat̃. Aut

hoc est ab actu vite hominum qui in vicis habitabant ob mediocritatẽ fortunarũ non in aulis regiis: ut sũt persone tragice. Comedia vero quia poema sub imitacione vite atq; similitudine cõpositum ĩ gestu et pronũciacione consistit. Comedia apud grecos dubiũ est quis inuenerit primus: apud latinos certum est & comediam: & tragediam: & togatam primo Liuium Andronicum repperisse. qui ait Comediam esse quotidiane vite speculum nec iniuria. Nam vt intenti speculo veritatis liniamenta facile per imagines colligimus: ita lectione Comedie imitacionẽ vite cõsuetudinisq; nõ egerrime animaduertimus. Huius autẽ originis racio ab exteris ciuitatibus moribusq; prouenit. Athenienses nanq; atticam custodientes elegancią cũ vellent male viuentes notare in vicos & cõpita ex omnibus locis leti alacresq; veniebant: ibiq; cũ hominibus singulorũ vicia publicabant: vnde nomen cõpositum vt

comedia vocarẽt. Hec autẽ carmina primitus in pratis
mollibus agebanẽ: nec deerant premia quibus ad scri-
bendum doctorum prouocarenẽ ingenia: sed & actori-
bus munera offerebantur: quo libencius iocundo vocis
flexu ad dulcedinẽ cõmendacõis vterenẽ. Caper nãq;
pro dono is dabatur: quia vitibus noxium animal ba-
bebaẽ: a quo eciã tragedie nomen exortum est. Nõnul
li autem ex amurca olei fece: que est humor aquatilis
Tragediam dici vocariq; maluerunt: qui lusus quum
per artifices in honorem liberi patris agerenẽ: eciam
ipsi comediarum tragediarumq; scriptores huius dei
velut presens numen colere veneraricq; ceperunt. cuius
rei probabilis racio extitit Ita enim carmina incboata
preferebanẽ ut per ea laudes eius: & facta glorioſa ce
lebrari proferriq; constaret. tum paulatim fama hui9
artis inerebuit. Thespis autẽ primus hec scripta ĩ om
nium noticiam protulit. Postea Eschilus secutus prio
ris exemplum publicauit. De quibus ita Horacius in
arte poetica loquiẽ. Ignotum tragice genus inuenisse
camene: Dicitur. & plaustris vexisse poemata thespis
Que canerent agerentq; pẽuncti fecibus ora Post hũc
persone palleq; repertor honeste Eschilus: et modicis ĩ
trauit pulpita tignis. Et docuit magnumq; loqui niti
q; cothurno. Succesſit uetus his comedia non sint mul
ta Laude: sed in vicium libertas excidit: & vim Dig-
nam lege regi: lex est accepta: chorusq;. Turpiter obti
cuit sublato iure nocendi. Nil intentatum nostri liqne
re poete. Nec minimum meruere decus: uestigia gre
ca. Ausi deserere: & celebrare domestica facta. Vel q
pretextas: uel qui docuere togatas. Fabula generale
nomen est. eius due prime partes sunt tragedia & co-
media. Si latina argumẽtacio sit pretextata diciẽ. Co
media autẽ multas species habet. aut enĩ palliata est:
aut togata: aut tabernaria: aut attellana: aut mimmus
aut rinthonica: aut planipedia. Planipedia autẽ dicta

ob humilitatē argumenti eius: ac vilitatem actoꝝ. qui non cothurno: aut socco utuntur in scena: aut pulpito: sed plano pede. uel ideo q nō ea negocia continet: que personarum in turribus aut in cenaculis habitancium sunt. sed ī plano & humili loco: personati primi egisse dicunt̄ comediam Cincius & Falisc⁹. Tragediā Minucius & Prothonius. Omnium aut̄ comediarū scripta ex quatuor rebus omino sumunt̄ nomine: loco facto: euentu. nomine ut Phormio: Ecira: Gurgulio: Epidicus. Loco ut andria: leucadia: brundusina. Facto ut Eunuchus: asinaria: captiui: euentu: cōmorientes: crimen: heautontimorumenon. Comediarum forme sunt tres. Palliate grecum habitum referentes quas nōnulli tabernarias vocant. Togate iuxta formam personarum habitum togarum desiderantes, Artellane saltibus et iocis cōposite: quæ in se non habent nisi uetustā eleganciam. Comedia aut̄ diuidit̄ in quatuor partes Prologum: Protbesim: Epitasin: Catastrophen. Prologus est prima dictio a grecis dicta id est antecedens ueram fabule cōposicionem elocucio. eius species quatuor sunt Cōmendaticius quo fabula uel poeta cōmendatur Relatiuus quo aut aduersario maledicta: aut gracie populo referunt̄ argumētatiuus fabule argumētum exponens Mixtus omnia hec in se continens. Inter Prologum & Prologium quidam hoc interesse uoluerunt. quia prologus est ubi poeta excusatur: aut fabula cōmendatur Prologium aut̄ est cum tantum de argumēto deducitur. Protesis est primus actus fabule: quo pars argumenti explicat̄: pars recitetur ad populi expectacionē tenendam. Epitasis inuolucio argumēti cuius elegancia cōnectitur. Catastrophe explicacio fabule: per quā euentus eius approbat̄. In plerisq; fabulis ipsarum nomina priora ponebant̄ quā poetarum: in nōnullis poetarū quam fabularū. cuius moris diuersitatē antiqtas

probat. Nam cum primum aliqui fabulas ederent ipsarum nomina pronunciabant̃ anteq̃ poete pronũciaret̃: ne aliqua inuidia a scribendo deterreri posset. Cum autem per edicionem multarum poete iam esset auctoritas acquisita: rursus priora poetarum nomina proferebant̃: vt per ipsarũ vocabula fabulis attencio acquireretur. Actas diuersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorũ quatuor sunt species: quos currules ediles munere publico curant. Megalenses magnis diis cõsecrati quos greci appellant: funebres ad retinendum populum instituti: dum pompa funeri decreta in honorem patricii viri plene instruit̃. Plebeii qui pro salute plebis luduntur Apolliares apollini cõsecrati. In scena due are poni solebant: dextera liberi: sinistra eius dei cui ludi fiebant. Vnde Terentius in Andria ait. Ex ara sume verbenas. Hinc vlixem palliatum semper inducunt: siue ꝙ aliquando insaniam simulauit: quo tempore tectum se esse voluit ne agnit9 cogeret̃ in bella prodire: seu ob singularem sapienciã: qua tectus munitusq; plurimum sociis profuit. Huius enĩ virtutis erat animi semper decipientis ingenium. Nonnulli ithace incolas sicut locros palliatos fuisse cõmemorant. Achillis siue neoptolemi persone diademata habent quãuis regalia sceptra nunq̃ tenuerint cui9 argumẽti probacio talis inducit̃ ꝙ nunq̃ cum reliqua grecie iuuentute ad gerenda cum troianis bella sacramenta cõiuracionis inierunt nec vnq̃ sub agamẽnonis imperio fuerunt. Comicis senibus candidus vestitus ĩducitur: quod is antiqssimus fuisse memorat̃. Adolescentulis discolor attribuit̃. Serui Comici amictu exiguo conteguntur: paupertatis antique gracia: uel quo expediciores agant. Parasitus cum intortis palliis ueniunt: leto uestitus candidus: erumnoso absoletus: purpureus diuiti. pauperi pheniceus dat̃: militi chlamis purpurea: puelle habitus peregrinus inducit̃: leno pal

lio varii coloris vtiẽ: Meretrici ob auariciam luteũ da
tur: Sirmata dicta sunt ab eo q̃ trabuntur: que res ob
scenicam luxuriam instituta est. Eadem in luctuosis p
sonis in curiam sui per negligenciam significant. Au
lea q̃ in scena interea sternuntur: quod pictus ornatus
erat ex attalita regia romam vsq; perlatus est: pro qui
bus suppara etas posterior accepit. Est autẽ minutum
velum quod populo obsistit: dum fabularũ actus com
mutantẽ de vmbra histriones pronunciabant. Cantica
vero temperabantẽ modis: non a poeta sed a perito ar
tis musice factis. Neq; enĩ omnia iisdem modis in vno
cantico agebantur: sed sepe mutatis: ut significãt qui
tres numeros in comediis ponunt: que tres continent
mutatos modos cantici illius: qui huiusmodi modos fa
ciebant. Nomen in principio fabule: & scriptoris & ac
as fiebãt: ut his auditis multi ex populo ante discerẽt
quã fabulam actium scenici essent omnino spectatoribꝫ
ipsis antecedentes titulus pronunciareẽ. Agebantẽ au
tem tibiis paribus: aut imparibus: & dextris aut sini
stris. Dextre autẽ tibie sua grauitate seriem dictionẽ
q̃ comedie pronũciabãt. Sinistre & serrane acuminis
leuitate: & iocum in comedia ostendebant. Vbi autem
dextra & sinistra acta fabula inscribebaẽ: mixtim ioci
& grauitates denunciabantẽ. Poeta cum primum ani
mum ad scribẽdum appulit. Comedia andria cum pal
liata sit fabula de loco nomen accepit: & a Menandro
prius: & nunc ab ipso Terentio: qui cum de Criside lo
quereẽ sic ait. Hei vereor nequid andria apportet ma
li. & hoc cõmune vocabulum est: & in greca & in lati
na lingua: hec maiori ex parte motoria est. Continẽtq;
actus amatoꝝ adolescẽcium: ex partibus patrum prio
rum callidi serui: astute ancille: serue senes: adolescẽtu
le liberales. In hac prime partes senis Simonis sunt: se
cunde Daui: tercie Cbremetis: & deinceps reliquoꝝ.

Prologus in hac acer inducitur: & in aduersarios non mediocriter aſperaē: ſed tamen id ſubtiliter fit vt omnia laceſſitus facere videaē ac dicere. hic proteſis ſubtilis: epitaſis tumultuoſa: cataſtrophe pene tragica: et tamē repente ex his turbis in tranquillum peruenit. Hec prima acta eſt ludis Magaleſibus Marco Fuluio edilibus: & in glabrione. Qu. Minutio Valerio Curulibus egerunt. L. Attilius latinus preneſtinus: &. L. Ambiuius turpio. modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus dextris & ſiniſtris. & eſt tota greca edita. M. Marcello & Sulpicio conſulibus. pronūciataq; eſt andria Terentii ob incognitum adhuc nomē poete & minoris apud populum auctoritatis ac meriti: de verbis auctēticis lepide diſtincta eſt: & ſucceſſu aſpecta proſpero hortamēto poete fuit ad alias conſcribendas. Initium autem .i. aduenticiā perſonam recepit Soſie propter euoluēdam argumēti obſcuritatem. perſona autē protatica ea intelligiē que ſemel inducta in principio fabule in nullis deinceps fabule partibus adhibetur. Ad notandum ſane puellaq; liberalium nullam oracionē in proſcenio induci in Comedia palliata preter inuocacionem Iunonis Lucine: que & ipſa quoq; poſt ſcenam fieri ſolet.

Hremes Atticus pater Paſibule & Philomene: cum ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet relictam athenis: nec viſam poſtea multo tempore: tanquā vnica ſibi putabat Philomenam: quā Charinus adoleſcens athenienſis adamabat vnice: et eam ſibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro deſponderat. q Pamphilus e contra ſororem Criſidis ac peregrinam tum creditam Paſſibulam ſupradictam alteram Chremetis filiam ſub nomine Gliceriu latenter ſic amauit: vt ex ea filium ſuſcepiſſet inſcio patre: qua re intellecta cōmotus Simo pater Pamphili dum per falſas nup

cias tentat animum Pamphili multis dolis a Dauo ip
so deluditur seruo: periculoq; Carini & Pamphili mo
tus error in fabulis: qui vsq; ad eum finem ductus est
dum athenas veniés de andro quidam Crito rem ape
riat: & nodum fabule soluat: per quem agnita Pasibu
la recipitur a parentibus: & traditur Pamphilo aman
ti: Philomenam vero Carino despondetur & traditur
exoptanti. Perspecto argumẽto scire debemus hãc es
se virtutem poeticam: vt a nouissimis argumẽtum re
bus incipiens inicium fabule & originẽ narratiue red
dat spectatoribus: auctorẽq; presentem sibi exhibeat:
vbi finis est fabule. hunc enĩ ordinem: & circulum po
etice artis vel virtutis nõ modo secuti sunt tragici co
miciq; auctores: sed Homerus eciã & Virgilius tenue
runt: diuisionem actuum in latinis fabulis internosce
re difficile est. causam iam dudum demonstrauimus.
Vndé autẽ aut quomodo quãuis egre tamen intelligi
distinguiq; possint est operepreciũ dicere: principio
dicendum est nullam personam egressam quinqes vl
tra exire posse. Sed illa re plerumq; decipimur q; per
sonam cum tacuerit egressam falso putamus: que nihil
ominus in proscenio tacens loquẽdi tempus expectat.
Est igitẽ attente animaduertendum vbi & quando sce
na vacua sit ab omnibus personis: vt in ea chorus vel
tibicen audiri possit: q; quom viderimus: ibi actũ esse
finitum debemus agnoscere. Confundit sepe lectorẽ
id quod persona in superiori scena desinens: et in prox
ima incipiens loqui non intelligitẽ ingressa: quod expe
rientes ipsam fictam diiudicant: de re. p. ac temporũ
quantitate potest enĩ fieri vt et ingressa sit ac egressa
quam praue credimus de proscenio non necessisse: pos
se autẽ quinto egredi personam non & necesse esse di
cimus: vt appareat vltra exire non posse. In tragedia
& parcius exire & solere pariter & licere. Primus ac
tus in andria narracionẽ Simonis apud sosiam cõtinet

argumẽti. quod populus hac occasione perdiscit: mox querelam apud se Daui de domino: & eiusdem cũ domino verba: & rursus eiusdem serui deliberacionẽ qd rerum gerat. Secundi actus sunt Charini verba: primo cum Birria seruo: & post cũ ipso Pamphilo de nupciis. Pamphili sermo cum patre dolo cõsenciẽtis i nupcias: Birrie verba: Daui callida oracio aduersum senẽ. Tercio actui hec attribuunẽ: Misidis cum obstetrice colloquium Dauo ac Simone audientibus: partus Glicerii suspectus seni: & Daui apud eum fraudulẽta sermocinacio. Simonis verba cum Chremete de nupciis Daui perturbacio ac Pamphili. Quartum actum per hec intelligimus: prima Charini verba sunt indignantis velut fidem sibi non seruatam a Pamphilo: tũ Misidis verba apud Pamphilum eiusdemq; questus Daui administracio doli aduersus Chremetem. In quinto actu Simonis & Cremetis prope iurgium disputacio tum detectio fallaciarum Daui. tum indignacio patris aduersus filium: tum Critonis interuentus: & per eũ cognitis rebus in tranquillã rem acta ducẽtibus vxores quas cõcupierunt Pamphilo & Charino. Illud nõ cõmouere nos debet quod in horum actuum distincti one videnẽ de proscenio non discessisse persone quedã: sed tenere debemus ideo Terentium vicinitatis mencionem fecisse i principio ut modico receptu & adesse & abesse personam intelligamus. nihil ergo secus factum est ab antiquis: qui ad hunc modum terencianas fabulas diuiserunt.

OETA cum primum animum ad scribẽdum appulit. Principium factum est a cõmendacione persone: q̃ pudens: q̃ honestus: q̃ prudens: Terentius: & honore maiore poetam pocius quã Terẽtium dixit: ut illum hoc ipso nomine de quo laborat ornaret. Poeta cum primum animum ad scribendum

appulit. Omnis huius prologi intencio hoc agit ut no-
uo poete veniã paret: & veteri odium: & ut quã maxi
me modestum minimeq; errantem Terentium probet
Poeta cum primum animum ad scribendum appulit.
Iam meritum poete dedit poetam eundem dicẽdo: et
ab animo eius quem defendit Poeta cum primum ani
mum ad scribendum appulit. Sensus hic est: propose
rat quidem poeta noster vt in prologis argumẽta nar
raret. sed hoc imputat Luscio Lauinio aduersario qui
eum facere non permisit quod proposuerat maledictis
suis ad respondendũ eundem prouocans. Appulit. ap-
pellere proprie dicitur: cum ex pelago aut freto quis
ad littus accesserit. Virgilius. Hinc me digressum ve
stris deus appulit oris. p. appulit in secunda lectione
appulit fuit: sed appulit magis: ut Terẽtius. Nam po
stea sic animum ad vxorem appulit. Id sibi negocium.
modo pro molestia & cura non labore. Populo vt pla-
cerent. ut ne non significat modo non est coniunctio vt
placerent. quas fecit. ad fecisset retulit fabulas: nõ ad
placerent. & est figura sillepsis. quas fecisset fabulas.
bene fecisset non scripsisset. Vnde poete a faciendo dic
ti Sic Virgilius. Pollio et ipse facit noua car
mina. Verum aliter. Sic Virgilius. Maior rerum mi
hi nascitur ordo. Maius opus moueo. Non enĩ hoc se
legisse dicit: sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse in
telligit: quod credimus plerunq; falsum: quod intelli-
gimus certum est. aliter autẽ contra significat: ut dis
aliter visum ẽ. Verum aliter euenire multo intelligit
adeo nec preparauerat: nec intenderat quẽquam lede
re ut spe falsus lacessituscp hoc faciat. Opera abutitur.
Vtimur fructibus rei que ab amantibus saluo vsu no-
bis subministraẽ. Abutimur quãdo deperdimus et rẽ
& fructum. Nam vsui est ager domus. abusui vinum
oleum: & cetera huiusmodi. Cicero non debet inquit
ea mulier cui vir bonorum suorũ usum fructũ legauit

cellis vinariis plenis relictis putare id ad se pertinere.
vsus enī nō abusus legatus est: ea inter se sūt cōtraria
hoc in topicis habetur. Non qui argumētum narret:
quod vere prologi ē officium: qui: pro vt: qui ergo mo
do non est pronomen. Sed qui maliuoli ueteris poete.
Primum a natura maliuoli: deinde a tempore: uel abī
vidia veteris a signo emulacōnis poete. Vetus plerūq;
refertur ad laudem: interdum ad vituperacionem: vt
hic: & alibi vetus veternosus senex: veteris pro carioſi
& quasi rancidi posuit: atq; ideo maliuoli: non crimni
bus sed maledictis. Quid autē inter maledictū et cri
men interſit: docet Cicero in Tusculanis. veteris racō
inuidie: poete causa insectacionis: maledictis crimina
cio aduersarii: veteris poete maledictis respondeat: qa
senex Lusciꝰ edebat fabulas adolescētulo tunc Terē
cio: & eleganter maliuoli maledictis veteris cōmenda
cio poete a persona aduersarii. Respōdeat. excusacio
respondentis q̄ non obſistat sed respondeat. Nunc quā
rem. quam: qualem. Vicio dent. vituperent: culpent.
Vituperare est mala vicio dare & ecīā bona. Nunc q̄m
rem vicio dent. vtrum nunc animaduertite: an nūc vi
cio dent: & oratorie quasi multa facit cum vnum sup̄
dixerit. Vt Vir. Desiſte manum cōmittere teucris. q̄
ſo. propoſicio est. Aduertite legitur & attēdite: vnde
manifestum est & aduertite & attendite non esse ple
num nisi addideris animum. Menander fecit andriā.
& perinthiam narracio ē: & proprie fecit. scribit enī
Terentius qui verba adhibet tantum: facit Menāder
qui eciam argumētum cōponit: sed sepe ad landē Te
rentii fecit ab eo quod eas transtulit. vtramuis. prima
scena perinthie pene iiſdem verbis quibꝫ andria scrip
ta est: cetera diſſimilia sunt: exceptis duobus locis: al
tero ad versus. xi. altero ad versus. xii. qui in vtraq; fa
bula positi sunt. Qui norit vnam ambas nouerit. om
nem rem vno versu nouerit. Vtramuis. deest harum.

Non ita dissimili sunt argumẽto. Ordo ita non sũt: ergo ita subdistinguẽdum: sed tamẽ discrecio est a superioribus & est non enĩ supra posuit quidẽ non ita dissimili sunt oracione: ita pro valde & caute. Potuit enĩ dici: quomodo ergo sunt due dissimili oracione: ita ne Menandrum culpare videaẽ. Ita adiunxit quod laudis est. oracione ac stilo. oracio in sensu est. stilus in verbis. oracio ad res refertur. stilus ad uerba stilus non est in tempore: sed in prolata oracione. Oracio autẽ est & in cogitacione & in prolatu. oracionem in sentenciis dicunt esse: stilum in verbis: argumentũ in rebus. ergo in poemate oracio est. que conuenere in andriam. apparet non de industria: sed casu esse translata ea que ex perinthia in andriam eodem sensu: iisdẽ ꝙ verbis prescripta fuerunt: que conuenere in andriã. quæ apta & cõmoda fuerunt in andriam latinam non grecam fatetur transtulisse. Sed quare se onerat Terentius cum posset videri de vna transtulisseꝰ Sic solutur: quia conscius sibi est primam scenam de perinthia esse translatam: vbi senex ita cum vxore loquitur: ut apud Terentium cum liberto: at in andria Menandri solus senex est. Id isti vituperant factum. isti ad reprehensionem sumitur persone: interdum rei reprehensionem significat. Vt Vir. Quid petis istis. Vituperãt. vicium rei parant. Disputant. immoranẽ: calumnianẽ: argumẽtantur. Contaminari. proprie contaminari est manibus luto plenis aliquid attingere: & cõtaminare & attingere est & polluere. Vir. Linqui pollutũ hospicium cõtaminatum. Cõtaminari tangi & relinqui polluta manu: ac per hoc uoluit fedari aut maculari: vt ipse ait. Ne hoc gaudium cõtaminet vita egritudine aliqua. Cõtaminari non decere. i. ex multis vnam nõ decere facere. Faciunt ne intelligẽdo. ne quidam corripiunt & cum interrogacione pronunciãt. quidam producunt: quorũ alii ne: pro non accipiunt ne. i. non. alii

ne pro valde: vt ne ego homo sum ĩfelix. & Cicero ne illi: & hoc meli9: nam statim infert. Qui cum hanc accusant Neuium: Plautum Ennium accusant singulis magna emphasis est auctoritas sed ordo non est seruatus Ennius nãq; ãte Plautum fuit sed quod sũme auctoritatis Ennium ultimum dixit quorum magis exoptat emulari negligẽciam potius q̃ istoꝝ obscurã diligẽciam: ne minus multum plurimum qui cum hunc accusant. Terencum inquit specialiter acusantes nesciunt se donis omnibus maledicere quos ille imitatur et argnmẽtũ est ab exemplo & auctoritate. De hinc vt quiescant porro moneo: recte: est: Nam quiescere ille dicitur q est insolens & inquietus Porro. porro in futurum dixit. Moneo terribiliter dixit: Cicero moneo predico: admoneo liberatus cupla eciam terre & criminaturus aduersarios. Fauete adeste: iam ad auditores conuertitur a qbus fauorem cepit quasi dicac hoc aduersarii faciunt. Vos autem quod in uobis est fauete: Vos uero fauorem facite: ac adeste: ut absentibus dicit quid qui corporibus presto erant sed intẽti estote: fauete. silete: sic & Pontifices dicunt: fauete linguis: fauete verbis. vude Vir Ore fauete oẽs. Adeste animis. s. auxiliũ prebete vt aduocatus reo dicitur ad esse equo aĩo: ab honesto & rem cognoscite a iusto Malefacta ne noscant sua melius q̃ si dixisset audiãt: cognoscite: pernoscit. sic dixit cognoscite vt prenoscatis: quemadmodum in Ecira oratur ad uos uenio ornatu prologi: sinite exorator siem. vt pernoscatis. ab vtili quid spei sit reliquum: pro reliquorum accipiũt: vt sit sensus de hac fabula sumite specimen: vt sciatis an cetere vobis spectande sint. Nam postmodum dictum alio prologo alias cognoscetis ei9 queso: bene cognoscite reliquũ. quasi diceret postremũ. ergo queso aduerbium est: vel Reliquũ siue hoc reliquũ dicit siue reliquũ pro reliquoꝝ geminato v scribit. Post hac

faci&. scribet de integro vtꝝ denuo an ex ĩtegris gre cis. Spectãde an exigẽde s.u.p. Sillepsis vt sup̃. aduẽ bium enĩ faciet declinauit non ad spectande sint: spec- tande proprie vt fabule: propalãde exigẽde excludẽde

OS ISTEC INTRO Auferte: abite. In hac scena hec virtus est vt argumẽti narracione ac cio scenica videatur: vt sine fastidio longus ser mo sit: ac senilis oracio. Vos istec intro auferte: abite. Hec scena pro argumẽti narracione proponitur: in qua fundamẽta fabule iaciunt̃: vt virtute poete sine officõ prologi vel & periciam comedie popu lus teneat: vt res agi magis quã narrari videat̃. Vos istec intro auferte: abite. molliter retenturus & exp- turus Sosiam imperat vt remaneat: addit eciã causam aliis abeundi dicendo istec intro auferte: ne suspicionẽ iniiciat Sosiam cõmunicandi secreti causa remansisse. & bene auferte. Auferimus enĩ ea que cũ fastidio cer nimus. Ferimus ea que cum honore tractamus. Dein de quasi respicientes increpat dicendo abite. Abite cõ citacius legendum est: quia respiciẽtes properat et dis cernit a Sosia: Sosie persona protatica est: non enĩ vsq; ad finem perseuerat. ut est Daui in Phormione. in Ec hira philotidis & sire. Adesdum. Ades imperatiuum est: dum parelcon: est autẽ adiectio sillabica. Paucis te volo. deest colloqui aut verbis: & est figura sillepsis: adesdum parelcon: vt eo dũm ad me. Dictum puta. ad hoc respond&: vt agi res videat̃. quẽadmodum supra diximus. Vt curentur recte hec. diligenter coquant̃. Curacio proprie medicoꝝ est: cura reliquorũ. sed coq na medicine famulatrix est. hec. dicticos est. Nempe vt curentur. deest vis vt sit nempe vis. Imo aliud. be- ne autem imo: & deest volo. Quid ẽ quod mea ars efficere hoc amplius possit dicta est per sincopam. Ares autẽ virtus ẽ. Virtutes vero qua

tuor generales sunt partes. Prudencia: Iusticia: Fortitudo: & Temperancia. Sed prudencia in multis rebꝫ descendit. Efficere facere est ī opere esse. sed efficere perfectionem desiderat. Nihil istac opus est arte, mire ait arte: nunc opus est artibus. Sed his quas semper ītellexi sitas. Ipse hic signatissime ostendit multas varias q̄ artes esse quas in. t. s. i. quæ virtutes in te intelliguntur: sed his Zeugma a superiore quod subauditur scz artibus. Sitas. constitutas: posita. Fide & tacitur nitate. fides est cōmendatoz: fida execucio vel obseruā cia. Taciturnitas vero obseruācie genus in silencio cōstituta & in scelando secreta. Querit autē taciturnitatem ne prodat Pamphilo secretum: quod ei cōmendaturus est. fidem ad complendam taciturnitatē ad celanda mandata. Expecto quid velis. Expecto desidero. Vt Vir. Expectate venis. Quid velis. deest scire. nam si explicasset quid velis: nihil desiderasset. Ego postq̄ te emi a paruulo. cōmendacio persone pocius q̄ serui: ne contra fi'ium leui seruo aliquid cōmutti inde core videaē. Ego postq̄ te emi a paruulo. tale est. Paruulum ego te lugurtha apud Salustium: nō emi a paruulo: ꝑ a paruulo. Vt clemens tibi fuerit seruitus mea scis. hoc est a paruulo scis. vt semper tibi. cōtinuacionem significat semper. iusta & clemens fuerit seruit9 ita dixit iusta. vt alibi non necesse habeo omnia ꝓ meo iure agere. Quid enī non iustum domino in seruum s' Iusta & clemens. Iusta in qua nihil iniquum iubetur. Clemens in qua eciā de iusto multum remittiē. Apud me iusta & clemens. id est moderata equalitas: cui cōtrarium ait Vir. & iniquo p. r. & iniquo sub fasce u. c c. Nam qui iustam debitam nunc dici putant nihil affe runt ad iudicandam sentenciam: iusta & clemens fuerit seruitus. libertatem imputaturus clementem intulit seruitutem. Seruitus. mire seruitutē pro dominatu posuit. Sic Salustius. Dein seruili imperio patres c

Scis: feci ex seruo vt esses libertus mihi. dulcem libertatem fecit operacione & tractacione verboꝝ dicendo ex seruo libertum. Non enī tantam haber& graciam: si dixisset feci libertus vt esses: q̄ si dicat feci ex seruo vt esses libertus. at si quis dicat feci vt esses sanus: nō tantam haber& graciam: q̄ si dicat feci ut ex egro sanus esses: et mihi emphasim hab&: quod mihi libertus factus sis non filio: aut ideo mihi additum est: quia libertus ad aliquem dicitur: & bene mihi ne pertimesceret filiū: cui nec liberti munus debebat. Ex seruo. mire addidit ex seruo: vt vim beneficii ostender& . Scis feci ex seruo vt esses libert9 mihi. Hinc Vir. Nimpha decus f.a.g.n.s.v.t.c.v.q.l. bene quia omne bonum libero aptum: malum seruo: idem alibi factum est a nobis duriter immisericorditerq; & si est pater magis dicendum aperte illiberaliter: & bene admonuit cur de bucrit beneficium eadem: & nunc officia quesiturus. Non enī dixit artificioſe quia sup̄ ait. Nihil istac opus est arte. Quod seruiebas. bene imperfecto tempore nō perfecto vsus est: vt ostendat eum potuisse sibi eciam atq; eciā seruire. quale est illud Virgilii. Atq; omnis p q.m.c.q.f.i. vt ostendat cum quāuis inualidus esset: adhuc potuisse laborem exercicioq; ferre Summū precium. libertatem dicit. Persolui tibi: quia preciū dixerat. Persolui dixit prope p̄solui tibi: modeste precium redditum dixit non beneficiis prerogatū. In memoria habeo. hoc est non sum ingratus. Haud muto factum. vetuste nō me penitet. Nam si quid penitet infectū velle dicebant: legitur muto an secūdum ius quod aduersus libertos ingratos est: vt in seruitutem reuocentur: sed hoc non cōuenit senem dicere. In memoria habeo. plus dixit in memoria habeo: quā si dixisset scio. Nam que scimus possumus obliuisci. que vero memorie cōmendamus nunquā amittimus. Haud muto factum. legit & mulcto hoc est & damno: reprehendo q̄d

si est ītelligere nollem factum. nemo enī potest factū infectum reddere. sed admirabiliter dixit: vt dicim9 factum: nollem hunc exitum. ergo haud muto factum non penit& me facti. Si tibi quid feci: aut facio quod placeat Simo: & fecisse se & adhuc facere ostendit cui9 manumisset. gaudeo si tibi quid feci aut facio Simo q.p. felicitatis est vt ea que faciēda sūt grata sint si tibi quid: pro aliquid. & id gratum fuisse apud te. & penes te. aduersum te. Aduersum sine dubio prepo sicio est. Aduersus participium potest esse: ab eo q̄ est aduertor: sed alibi ergo aduersum te dixit pro apud te Exprobacio est cōmemoracio beneficii cum enumeraci one facto9. quasi exprobacio est immemoris beneficii. Recte ostendit se in memoria habere. sunt qui ad be neficium referunt immemor vt sit sensus. Istec cōme moracio quasi e. e. in b. id est cuius nemo meminerit. Quin tu vno uerbo. vno uerbo vna sentēcia Nam sententia est: vel enunciacio vno verbo nexam cōtinens & perfectam intelligēciam enī constet ex nomine & verbo. Sed dic quid est ſ hoc est Has bene vt assimules nupcias. ergo omnis vir tus assimulacio est. Quin tu vno verbo dic. vna senten cia vt in Adelphis. Non enī illud verbum verū facio: quod micio bene ac sapienter dixti dudum: vicium cō mune omniū quod nimium ad rem i. s. a. s. Nam male intelligit qui putat assimules verbum significare. Ita faciam. hoc est vno verbo dicam: quod verbum ꝑmi tit cum dicit. Nunc tuum officium est has bene vt as similes nupcias. Quas credis has non sunt vere nupcie Sillepsis. Cur simulas igit ſ Vir. Et que tanta fuit ro mam tibi causa videndi ſ Eo pacto. pacto: modo: quo niam antecedit pactum mod9 sequit ergo ab eo quod sequitur id quod precedit dicit: & gnati vitam: & cō silium meum cognosces. Nam iste diuisiones sunt gna ti vitam: quoniam dicturus ē. Nam is postq̄ excessit

ex ephebis Sosia. Cōsilium meum cognosces: quia dicturus est: & nunc id operando. & quid facere ī hac re te velim: quia dicturus est. Nunc tuum est officium. c.b.b.v.n.a. & gnati vitam. & c.m.c. Tripartita distinctio & gnati vitam. Vitam filii in duas partes diuidit in narracionē antefactam bonam & presentē malam: & incipit mala ab interea mulier quedam et bene acte vite narracio ad eam rem valet: vt ostēdat quam iustus dolor patri sit spe decepto. nam is postq; excessit: necessario is positum pronomen anaphora ad illud gnati vitam. nam si non posuisset hoc pronomen Sosia erat intelligendus. Nam is postq; excessit ex ephebis Argumēta per cōiecturas. nam is: Pamphilus. postq; excessit ex ephebis. gnati vitam: ex ephebis. ephebia prima etas adolescencie est. adolescēcia extrema puericia. excessit ex ephebis cum sufficeret vnum. & liberius: liberius non est cōparatiuus gradus. Non enī potuit libere viuere: dum etas: metus magisterq; prohibebant. ergo deest aliquanto: vt sit aliquanto liberius liberius viuēdi: deest ei. Qui scire posses aut ingeniū: Scimus quod certum est. Noscimus que adhuc incerta desideramus. idem alibi: forma in tenebris. s.n.q.c. Dum etas: metus: magisterq; prohibebant. magister. pedagogus. Ita est. Intercidit poeta ne solus Simo loqueretur. cetez; non erat respondendi locus. quod pleriq; faciunt adolescētuli. hic adiectio dicit in primo posita loco. adiectiones vero: aut in prima parte oracōnis aut in vltima adiciunt. hic ergo plerisq; ex abundancia positum est. omnes vero necessario additum est. & alibi calesces plus satis. in vltimo sicut: interea loci. interibi. Attendenda est sane locucio quod plerisq; omnes faciunt a. Aut enī quod in que vertendum est: vt sit que plerisq; o. f. a. aut quōd ad singulare eorum studioz; adiungendum erit. equos alere: canes ad venandum: aut certe erit figurata locucio: vt est illud. Si quisquā est

qui ſtudeat placere bonis q̄ plurimis: & minime mul
tos ledere in his p.b.n.p.ſ. & alibi.aperite a.a.o. Ple
riq; omnes faciunt est. Nam erat qui pleriq;
apologum intelligunt: aut qui ſubdiſtingũt pleriq; &
ſic inferunt omnes. hoc enī pro vna parte oracōnis dix
ere veteres. eodem modo greci & latini pl9
ſatis. Neuius ī bello punico pleriq; omnes ſnbigũt ſub
ſuum iudicium: figurate Terentium quod
pleriq; omnes quidem faciunt pleriq; adoleſcẽtuli. Ho
rum ille nihil egregie preter cetera ſtudebat. eſt ergo
figuratiuum quod rectum eſſet que pleriq; omnes fa
ciunt adoleſcentuli: hoz ille nihil preter cetera ſtude
bat: adoleſcẽtuli: bene diminutiue vt propter etatem
facile ignoſcat. adiungant: alligent: aptent: aut acco
modent: aut equos alere: aut canes ad venandũ. Si &
equos ad venandum alit quomodo & canes: quod mul
ti docti improbant & dicunt ſeparata eſſe & ad venā
dum extra racionē pro ad venatum: vt venatum Ene
as vnaq; miſerrima Dido. Aut philoſophos. Eclipſis
pulchra & familiaris Terentio. Nam poſſumus ſubau
dire audiendos: ſiue ſectandos. Ad philoſophos viciũ
ē quia dixit ad aliquod ſtudium: aut ſi ad philoſophos
ſeparanda locucio eſt: ſic animum adiungant ad philo
ſophos. Egregie. Egreginm dicit quod ex grege diri
gitur. ſed hic egregie: valde nimis. nō eſt ergo ad lau
dem poſitum: hec inquit vt cetera ſimiliter ſtudebat
preter cetera: mediocriter ergo: non extenuauit rem:
ſed ad laudem retulit. Gaudebam. non dixit laudabā:
ſed gaudebam. laudat enī eciā alienus: gaudet qui pa
ter eſt. Non iniuria. intempeſtiue Soſia reſpondet: ſed
prudencia tante ſentencie compenſauit importunita
tem. Apprime. adiectio eſt cōfirmacionis & admirabi
liter dicimus: nequid nimis: ſentencia non incongrua
ſeruo. quia & peruulgata: & non referē ad perſonā do
mini dicentis: & de quo dicitur: an magis quia Soſie

cōuenit: huiusmodi caracter in verbis est. Nequid nimis: deest agas: vt sit ne quid nimis agas. Facile omnes perferre: ac pati. latens argumētacio est: qua filiū ad meretricem cōmeasse narrat pater: non ad corruptelam filii: sed ad obsequium amicoꝝ. perferre: ac pati ferre est cū certo tempore: perferre finem expectat effectus: ferunt onera: et sustinent supplicia: perferre mediocrit stultos odiososq. cū quib orat cūq vna his figura temesis: vna cū his dedere. pl9 est dedere q cōsentire quēadmodum in hostium potestates se dedunt dedere ergo pertinacibus. eoꝝ obsequi. i. cōmodior. sc eoꝝ obsequi studiis. Talem esse Pamphilū aduuat argumentum fabule simul & Charinum his sese dedere sed & obsequi superioribus: dedere: non aduersari paribus: non se proponere inferioribus nemini cōtradicere pertinacium: nunq preponens consencientibus. Ita deest faciens. volens: agens: vt facillime sine inuidia laudes inuenias & amicos pares. Salu. & cum omnis gloria ante iret omnibus tamen carus esse. Inuenias. secunda persona pro tercia: vt migrantis cernas. Sapienter vitam instituit. nam hoc tempore obsequiū amicos veritas odium parit. improbat a sapiētibus hec sencia. Nam obsequium assentator debet veritatem amicus: sed in theatro dicit non in scola. Obsequium amicos veritas odium parit. hic versus per impropriū est veritas odium parit. Falsum est aut: quod Cicero dixit obsequium primo dixisse Terentium: quum et Plautus & Neuius ante dixerunt. & est sentēcia

sum. Leno terribiliter pronunciandum est: quasi qui dicat cui supplex eris: sed ex argumento est quod contemnit Aeschinus minas lenonis: vtpote qui iam vxorem decreuerat ducere. Scio. hic sic respondit quasi i lenone minucio capitis tantum consisteret. Fide quisquam optima. fides in concipiendis cominacionibus: denunciatio cominantis est. Huius non faciam. figurate ergo: quod te purges. i. purgationem tuam. Huius autem Dicticon est. vt cum aut stipulam: vel floccum monet rata mouerat aut summum digitum. Ego meum ius prosequar: hoc est lenocinium meū ius: meā libertatem: meam vindictam. Nam vt illa iniuria est que fit innoxio: ita ius vindicta illa que sic redditur reo. Prosequar. Vlciscar. Cicero tum dum tuas iniurias per te id quod non potest persequi conaris. Hui? non faciam. Cicero. Nec tātillum quidem commotus est. Neque. tu solues verbis nunquam quod. in. r. m. malefeceris et solues: lues: persolues. i. satisfacies ac te purgabis. Re malefeceris. acuendum est re & significant proferendum: ibi enim eadem est sententia: et plus dixit re malefeceris: q̄ iniuriam feceris. Noui ego vestra. hec eclipsis deest enim: verba. Iusiurandum dabitur. hoc est iurabimus: te esse indignum cui iniuria fiat huiusmodi. aut separatim insiurandum dabitur: & separatim te esse indignum iniuria hac: & sic melius. verba enim satisfaciunt cum res colligitur in generalibus causis: nam sepe ire ac lites iureiurādo sunt terminate. Indignum iniuria hac. Comice indignum & indignus. Abi nunc prestrenue: aut abi pre. i. prior: aut abi. i. pre. i. vt. i pre sequar. aut prestrenue vt prediuitis vrbe latini. abi enim magna contencio lenonis innuitur nō respondisse Aeschinum ad ea quæ dixerat. Ceterum hoc nihil facis: nihil pro non legitur & nihili. At enim non sinam. enim inceptiua particula apud veteres fuit. sed & conuenit perturbacioni. Ni

mium istuc abiisti: quasi ex contumacia lenonis apparet q̄ multum abierit. Propter hunc. iuxta hunc. vt Virgilius. Templū de marmore ponā: propter aquā. Hem sic volo. mire comicus ex alterius verbis quid faciat alter ostendit. Quin pugnus continuo. an pugno a pugna sit dictus: an ab illo pugna. Pugnus continuo .i. vestigium litigantis. Istuc volo experiri. Expresse ostendit pauperior loquacem contumaciam vsque ad pericula cedis. Istuc volo experiri. hoc illo dicente. seruus lenonem verberat. Hem serua. nescias cui dicat hec Aeschinus: an lenoni: an seruo. Sed seruo magis est verisimile. Geminabit nisi caues. hoc comminantis est non iubētis ferire. sed quia longe stat Parmeno gemina putauit dictum: et geminabit subaudiendum est plagam: Geminabit nisi caues. non singularem pugnā et vnā dabit. sed geminabat: quasi dicat: geminato duplicatoq̄ numero inferet. Hei miseram: Leno pulsatur non iniuria conuenienter poeta auidiorem Parmenonem malefaciendi inducit: cum supra dominum inuitum ostenderet cogi ad inferendam iniuriam. In istam partem pocius peccato vt verberes non iussus pocius q̄ iussus non verberes. Nunciam. due partes sunt: & bene iam quia sero & post plagas: & vtrum hoc leno ni vt abeat an puelle vt introeat dicitur. sed facetius est si lenoni intelligas dici: quasi hoc factum sit quod noluerit: & quasi venerit vt vapulet: & iam etiam tarditatis incusatio est. vt Virgilius. Iam melior: iam dura parens. Regnū ne Aeschine. Inuidiosa moraliter exclamatio: & ardencior ad plagas. Regnum ne Aeschine hic tu possides bene hic. i. Athenis vbi grauius crimen ē dominari velle. Nam tirānī ibi semper oppressi sunt & maxime proximi. Si possiderem Contendentis in inuidiam. Ornatus esses ex tuis virtutibo Cito ostendit quantum a se longe sit regnum: qui diceret ornari potuisse lenonem. Ex virtutibus tuis. sic ve-

teres per Ironiam virtutes pro flagicijs dicebant. Lucilius. Animo an virtutibus. Quid tibi rei mecū est. hoc quia verberat? est dicit. vnde quid tibi debeo. Nihil non sibi nihil debeatur facere. sed quia ipse abstulit & nihil vult a se repeti. Quid nostin qui siem proprie. Sic enim dicit qui nihil quicquam debet nō me nouit: non q̄ ignoretur: sed q̄ in iure non cernatur. Si attigisses ferres. plus dixit attigisses q̄ tetigisses. est enim multo minus attingere q̄ tangere. Qui tibi magis licet. hic non tam ratiocinatio est q̄ exclamacio p dolorem. Meam habere. p qua ego meam sufferebat: sed magna moralitate additum: pro qua argentum ad vociferationem simul esse ostendit leno qui repetat. Qui tibi magis. tibi magis si mibi inquit non licet attingere tuam: Cur tibi licet meam nō tangere sed habere: & habere vtrum domi in consuetudine est corrūpere an stuprare intelligimus. Ante edes non feciſſe. non erat quod ad hec iuste responderet: et ideo sic respondet vt conuicium dicat quod verum est. Loris liber. Lora apud veteres dicebantur a laura trium florum: sub qua mos erat captiuos vinciri duciq; per pōpam. ideo autem vt condicionis remmiscātur loris ceduntur mancipia. Nā mancipia dicuntur q̄ manu capta sunt. serui qui seruati sunt cum eos occidi oporteret iure belli. Vnde Vir. Sic inducit captiuum rogan tē per prios manes. per. s. s. Iuli. Hiccine libertatē. s. Athenis. O hominem impurum. sic veteres impurum generaliter pro improbo ponebant: vt in eadem hac fabula: persuasit ille impur? sat scio. Aequam omnibus. quasi diceret vbi non est quando Aeschinus loquitur: & bene omnibus: vt ne lenones quidem videantur excepti. Mitte istec atq; ad rem redi: superbe adolescēs maleficium non putat lenonis esse purgandum. Ad rē autē ad negocium de quo agitur dicit. Quā rem quā abduxisti. Res enim pecunia intelligitur vel id. p quo

pecunia donata est. Quo redeā. ad quam euertisti domum: quia fores effregit atque in edes irruit alienas. Id quod ad te attinet. quod tibi prodest: & cōmodum est. Cupio. ille vis dixit hic cupio. Aequi modo aliqd. subaudiatur dicas. Vah leno. nomen sacrilegum & iniustum Leno iniquitatem agitat: leno iniustitie patrocinatur. hoc totum Ironicos pronuntiandum est. Leno sum. Figura. Orta est iniuria. orta: cœpta. Illuc quesō redi quo cœpisti: figurate. Rectum enim erat vnde cœpisti. nisi forte quo sit pronomen modo accipiendum: vt sit a quo & bene memor est dixisse Aeschinum: mitte istec atque ad rem redi. Quæ res tibi vertat male. Obiicit contumeliam quasi & hoc multū sit inimicum Vertunius dicitur deus qui rebus ad opinata reuertētibus preest. sepe autem male cedit quod bonum putatur: & hoc est male vertisse: vt ille gladio qui muneri datus adminiculum fuit regine pereuntis De quo Virgi. Ensemq; recluſit dardanium. Non hos quesitum munus in vsus. Quid si tibi illam vēdere nolo. hec maioris sunt stomachi: & ideo stultiora: nam qđ iam amisit venditurum se negat. Quid si nolo. noue dictum est et Quid si nolo coges me. Potest autē dici: qui si nolo coges me. Minime. Ironia. Nāq; id metui. Ironia contumax & ridicula in eo quod iam amisit id de quo dixit se cogi non posse. Nam ego liberali illam. ordo est ego liberali causa manuum assero: et sunt iuris verba a quibus etiam assertores dicuntur vindices aliene libertatis. Nam & causa ipsa liberalis dicitur quæ actionem in se continet libertatis. Proob supreme Iupiter: hec locutio ad hoc inducta vt ex verbis lenois appareat q̄ facile mitis fieri posſit & quiuis libenter acciperet. Prob supreme Iupiter. supremum nunc dicit summum ab eo quod est super. Virgi. Rex ipse Iouis de gente suprema. a. e. n. t. u. a. d. e. l. m. t. r. Si non homines a persona & plebei & lenonis: vt &

vim passi Iouem ipsum conuicio persequi vt quottidie videmus ab omnib⁹ ei loci & ordinibus fieri. Minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria. Sensus hic est insanos fieri per iniuriam plerosq; mirabar, sed iam nō miror postquam egoipse per iniuriam quam sum passꝰ insanire compellor: adeo vt exclamem Prob Iuppiter: & simul aduerte vigilantem poetam: vt vbicūq; in comedia vocem tragicam extulerit statim personam insanam dicere faciat. sic & supra: Prob Iupiter tu homo me redigis ad insaniam. Me inuito abduxit meam, honestioris persone hec querela sufficeret: abduxit mea. sed leno bene addidit: me inuito. nam abducuntur meretrices absque voluntate lenonum. & decora locutio est per Eclipsim: me inuito abduxit. non enim addidit puellam aut quid tale. Tantidem emptam legitur. & totidem emptam postulat sibi dari er. Homini misero secundum. illud Menandri homini misero.
plus quingentos colaphos contumelioſa cedes colaphꝰ innuitur et indigna leroni. Qui & infregit: vt illudēs hoc fecisse Aeschinus videatur cū sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem illisit: inflixit: vt sit sensus inflixit homini misero plusq; quingētos colaphos & flebiliter pronunciandum est. hoc enim exprimitur vt tamen incuset in alieno facto fortunam suam: & vide quātum hoc distet ab illo quod supra dicebat. ipsū istuc volo experiri: hoc quia solus est: illud quia cum aduersario. Bene promeruit: adiuuit: profuit: cui contrarium est commeruit. Nam mereri & promereri est prestare beneficiū. Virgi. Quiq; sui memores alios fecere merēdo. & nunquam regina negabo Promeritā. Vbi me dixero tanti dare. recte dixit vbi enim captio incerteſserit precu: iam ereptionis actio sublata erit: & precium debebitur. Mox cras redi. trāsit ad mimeticon. Id quoq; pati possum id mox cras redi. i. morā. Quanquam iniurium est vendere. quod nobis est scilꝰ

cet. Id quod res est. pro id quod verum est: bona locu
cio: quando eum questum occeperis. vt in Andria. De
inde questum occepit. Musitanda pacienda: considerā
da cum silencio & vt in amatore putanda atq; per hoc
perferēda. Musitare enim proprie est dissimulādi cau
sa tacere dictū vel ab. m. quæ littera est nimū presse
vocis ac pene nullius adeo vt sola omnium cum inter
vocales inciderit atteratur atque subsidat. Hinc Vir.
Mussat rex ipse latinus. Frustra egomet mecum: pre
parationis genus ad accipiendas minas tocius summe
desperationis.

ACE egomet conueniam ipsum. In hac Sce
t na actus est exemplum continens vite auaro
rum: qui sepe indamnum ipsius auaricie racio
nibus ruunt: simul eciam duorum inter se nequam ho
minum spectanda quedam vicissim & dolosa captio ē.
Tace egomet conueniam ipsum: tace si pro aduerbio
omnibus dicitur. si pro verbo ponitur: dicit Ctesipho
ni maxime sollicito & supplicanti omnibus ob metum
patris. Iam autem non tarditatis est: sed properacio
nis significacio. Benedicat secum esse actum. actū re
cte additum est: nam multa cupide accipimus: ita ta
mē vt male nobiscum esse dicamus actum. Quid istuc
Sannio est. illud supra post scenam: hoc iam in prosce
nio dicitur: & vide q̄ ingeniose Terētius qui supra ab
Aeschino lenonis nomine facit Sannionē vocari: vtpo
te ab homine arrogāti & feroci ob etatem & negociū
hunc blande circumuenientem honorificencius indu
cit cum lenone loqui: & Sannionem eum vocare. Sane
qui in sordidis professionibus agunt vitam honorifice
nomine proprio appellas. Sed qui in splendidis artibo
sunt constituti: gaudent artis nomine nuncupari. vt
Imperator: Orator: Philosophus. sic & in eunucho.
Audire vocem visa sum militis: apud se loquens mere
trix. & postquā illū cōmnus videt. Salue mi Thraso

inquit. non salue miles: quod erat durissimum: & mox irata persona miles nunc adeo dico tibi. Nescio qui id cõcertasse cum hero: argute positum nescio: quod vult enim ex illo audiri vt nãciscatur initium quod persuadẽdum cœpit. Concertasse. œconomia: honorifice nomen tractat: vt & placidum sibi reddat: & vt eum faciat ad contemnendam pecuniam liberalem. nam honestas adimit auariciam. Concertationem comparatã.

quia ille concertasse dixit: non cesum esse.

Comparatam proprie alias constitutam & comparatã ad dictum Syri refert qui ait cõcertationem fuisse parem faciẽs Aeschinum & Lenonem. nam Sannio vult sibi deberi pro eo quod vapulauit: ꝙ abstulit illi Syrꝰ dicendo eum non verberatum esse: sed pocius concertasse: & proprie dixit concertationem ipsum actum. nam certamen est res ipsa de qua certatur: vt cum columbã sagitta feriat vtrum prior decurrat ad metas. Vnde Virgilius. Velocis iaculi. c. e. p. i. n. u. At vero certacio ipse actus contencioꝙ certantium est. Ille verberando vsque. vel vsꝙ defessi. & est vsꝙ aduerbium significans aut diu: aut multum. Tua culpa. potest & est est. & si ablatiuus deest factũ est. Adolescenti morem gestum oportuit: ab etate adiuuatur sentencia loco: ideo adolescenti dixit non Aeschino: & morem gerere proprie lenonis & meretricis: vnde & ipse sic respondet: vt non fugiens

dicat vsꝙ os prebui.

Adolescen. i. m. g. o. cum emphasi adolescenti pronunciandum est scilicet qui facilius assentacione caperetur. Qui potui melius. subauditur: morem gerere. & hoc subtiliter leno cum morem gerendum fuisse in meretricis precio dixerit Syrus. Qui hodie. hodie autẽ nõ tempus significat: sed iracundiam eloquenciam ac stomachum. Vt Virgilius. Nunquam omnes hodie morieniur inulti. Age. modo age corripientis est aduerbiũ.

Scis quid loquar? legitur & scis qui loquar. Maximum est lucrum. bene additum est interdum non enī semper. Si nunc de tuo iure contemsisses: bene tuo iure: ne diceret: non erat res mea quam venalem habui: aut de tuo iure de lenonina duricia: vt alibi: meo iure vtar: vt potior sit qui prior ad dandum sit. Ne non tibi fœneraret. istuc fœneratum est: cum lucro redditū & multiplicatum. fœneraret ergo non Aeschinus sed ipsa res in qua feneratio est. Ego spem precio nō emo:

Contra: pecuniam in loco negligere maximum interdum lucrum est. Nunquam rem facies. Le no quicquid agit ad lucrum refert. & sic lucri genus dicit esse Sirus a lenone quemadmodum persuadet & nota rem: & item & negocium meretricis & patrimonium: & omnem pecuniam nominari. Nunquam rem facies. secundum personam serui lenonem Syrus hortatur eumipsum ad lucrum excitans: non ad honestatē Nescis inescare homines Sannio. Metaphora ab Aucūpibus. qui auibus capiendis effundunt cibum. Credo istuc melius esse: vide comicum errorem vtriusque psone & callidi lenonis & captiosissimi serui. Age. age nunc verbum est significās dic. quia proprie est vt cō senciat persuadenti. Tuum animum. deest liberalem Quasi iam vsque tibi. sensus quasi numeres vt aliquo dicas & in aliis estimationem constituas: & si nō velis penitus contemnas. Viginti minas dummodo huic ob sequaris velis. Quasi iam vsq; tibi sint. & eum nō profecturum dixit: sed iam proficiscī: & non ab vno. dicit se audiuisse ne negaret: sed aiunt inquit: preterea autē Archaismos est figura. Nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant. Emisse hinc que illuc nusquā hoc ostendit alias Terentius: sed apparet & cōfessione lenonis vera hec omnia esse: & mira varietas est profiscisci emisse conductam: ne diceret proficiscī emere & conducere nauem. & conductam nauim addidit: vt di

lationē rē haberi nō possit. Hoc scio animus tibi pendet. hoc & correpte legi potest: vt articulus demonstratiuus sit. & producte: vt significet aut hanc rem: aut hunc locum. i. Cyprum. Vbi illinc spero redieris. ex spe sua vult Syrus ostēdere quod leno debebat spe rare. i. non se accepturū modo. Tum hec ages. hoc est exiges debitum. nam hec agere dicimus eum qui instat negocio suo. Nusquam pedem. quia exclamatio ē oracio Aposiopesin non completur. Inieci scrupulū homini. hoc leno non audit. simul enim dicitur cum ille clamat. & ideo simul legi non potest. & hic ostēdit Sirus q̄ hec consilio locutus sit. Que porro cyprum. hāc insulam dictam: vel q̄ Veneri sacrata sit. vt Horacius Sic te diua potens Cypri. vel q̄ mercatus in ea sit. vt idem. Nunquam dimoueas vt trabe cypria myrtoum pauidus nauta secet mare. Illud video dicit Vt illo articulo oppressit. metaphora pseuerās a scrupulo. i. lapillo qui nos in calceo latens plerūq; ledit. & oppressit vel Aeschinus vel res ipsa quam subiecit. i. quod ait empte mulieres complures & cetera. Item hinc alia in lenonis mercibus Mulieres cō plures. Syllepsis empte legitur & empta. Nisi eo ad mercatum venio. eo nunc aduerbiū est loci. i. Cyprū. Mercatus autem locum tempus significat. Damnum maximum est. quia & hoc damnum mulieris in precio est. Nunc si hec omitto quod damnum est. s. hoc autē dicit negocium cum Aeschino. Actum agam. prouerbium. i. nihil agam. quod enim in iure semel iudicatū fuerit: rescindi & iterum agi non potest. sic in Phormione actum aiunt ne negas. Nihil est noue. nihil est: pro nulla spes est. Refrixerit. pro refrigescit. Vt sit satis perdere. per hyperbolen hoc accipe. nam non conuenit persone lenonice damna contemnere. Hic manere dū non naūigo. Tum persequi cum rediero. Iam ne enumerasti. Finxit Syrus se non intellexisse quod apud se

ipsum leno locutus sit adeo vt illi aliud ait q̄ ille secū
disputauerit. Id quod ad te redditurum putes. hoc di
cto tantum illum accepturum significat quantum de
derat in puella. Nā hoc ad nos redit quod a nobis abie
rit. & dicendo redditum: ostendit super viginti minas
nihil illum sperare oportere: sic enim supra minas vi
ginti tu ill am emisti quæ res tibi vertat male. Hocci
ne illo dignum est. huiusmodi cōploratio summam de
sperationem lenonis ostendit. Hoccine incipere. quasi
de magno facinore dixit. Vt in Heauton. Vide quod
incœptet facinus. Aeschinum. cum laudatione dixit:
quasi quem non deceat malefacere: & vide quā omnia
experiatur potēs & miser ob recuperandam rem suā.
Vt hanc mihi eripere postulet. non dicit de qua: qua
de illa sermo est. Postulet. velit aut speret. Cicero. vt
temporibus rei. p. cedat. Nunc postulandum. i. cupiē
dum aut expectādum eripere postulet dixit
non eripuerit tanquam ad hoc non fecerit: et sic loquū
tur qui nolūt circa se perseuerare in iuriam. Labascit.
hoc per se dicitur: & proprie dicit labascit: vt & suam
instanciam & cunctationem tarde incipientis consenti
re monstraret. Nam inchoatiuum verbum est. & est
Metaphora sub arbore siccante facta: que multis succi
sa ictibus ferri tandem incipit in casum ponderis rui
nāq; minitare. Hoc unum habeo. hoc clare & subaudiē
dum est quod dicam vel dicere. Vide si satis placet. nō
placet dixit: sed satis placet: veluti magnum consiliū
prohibiturus. Potius q̄ venias in periculum: oratoria
comparatione peiorum dicit hoc esse q̄d suggerit eli
gendum. Diuiduum face. hoc est diuide. Figura Ma
crologia. Diuiduum a diuisione: Dimidium a dimen
sione dicim⁹. Minas decem: scit illum viginti posse ac
cipere: sed idcirco agit vt optet leno quod pauloante
nolebat. Corrodet a iunde. Aliunde dictum est quasi
non habentis. nam nec ipsa in promptu sunt. Hei mihi

eciam de sorte nunc venio miser: an dubium. Sors est
sūma cui nunc extrinsecus acquiritur fœnus. ergo sor
tem dicit de precio quo empta est. i. viginti mnis: &
vide illū damno potius exclamare q̄ iniuria. Nunc ve
nio in dubium. id est in periculum. Vir. Nec tibi deser
te in dubium. o. Omnes dentes labefecit. iniuria leno
ni tunc dolet cum adiuncta damno est: vt supra. musi-
tanda & occipienda cum questum occeperis: vel idcir
co enumeratis contumelijs adiecit. Eciam de insuper
defraudat. vide vt eadem que dixit supra repetat: sed
ardentius tamen & cum Auxesi. Sic & Vir. In maius
repetit. q. d. s. Colaphis tuber est totum caput. Tu-
ber est genus cibi collectum ex tumentibus & quasi
pregnantibus arenis. plus autem hoc q̄ supra dixit.
Supra enim dixit plus quingentos colaphos infregit
mihi. hic vero: colaphis tuber est totum caput. Eciam
insuper defraudat. auxesis apta lenoni auaro: nam ho-
nestior persona non hunc ordinē faceret. Defraudat.
fraude decipiat. Nusquam abeo. hoc dictum vim ha-
bet cōminantis nisi illud cum cōemptu susceperit Sy
rus. Vt lubet. negligenter respondet: vt rogetur a le-
none. Nunquid vis quin abeam. hec est plena locutio:
nec nunquid vis desiderat supplemētum. & hoc vti di
cto adolescētes solāt. quin nūc quare significat. Immo
hercle hoc queso vt. h. s. ipse sibi satisfaciat. vt enī quo-
quo modo significat diuerticulum ad preces faciens.
Potius q̄ lites persequar quia dixerat Aeschinus nūc
vtrum vis argentū accipere: an causam meditari tuā s
Meum mihi reddat. sortem quam solam supra recusa-
bat & oratorie. non enim q̄ emi dixit: sed inuidiose
meum mihi reddat saltem natum est au
tem a captiuis saltem: qui nihil aliud preter salutem
auctorem petant. Scio te non vsum ante hac amicicia
mea. figura per quam ostendit se fideliter promittere
quod promittit. Vir. Scio me. d. e. u. Memorem me

dices figurate est inducta ꝓmissio premiorum: & bene vtrunque narrat. nam non continuo qui memor est eciam gratus est. Memor enim est qui apud se memi- nit. gratus qui meruit hoc vocari: dum vicem reddit Nam multi sunt memores: ingrati tamen. Sedulo faciam. sic promittit vt nihil suum interesse credatur. Sedulo. de industria: sine dolo. Sed Ctesiphonem video: letus est. a. d. apparatus in proscenio personarum cum consulto consilio funguntur a poeta tanquam superueniat aliis rebus in medio positis quæ ipsarum interuentu finiantur & mire quasi ex argumento sit vt futuri actus sui anteq̃ loqui incipiant describantur. Letus est de amica. hoc lentius et sumisse. Quid te oro. deest agis: & deest ego. Quid te oro: aut si quid: aut ꝓpt qd subintelligim9 vt sit. qd mihi nō respōdes de eo ꝓpter qd̃ te oro: aut si qd te oro: & q̃ bene fastidio sum lenonem facit Syrus vt optans ille desperando viginti minas accipiat. nam & supra non intendenti dicit tociens in vno sensu hoc idem Syrus de amica potest & interrogatiue pronuntiari.

a Bs quiuis homine cum est opus beneficium accipere gaudeas. In hac scena graciarū actione ex psona: & ei9 cui p̃stitit: & ei9 cui prestitū ē: & ex ipsius p̃cii q̃ntitate. Nā omne qd̃ geritur: aut ī rebus est: aut in personis: aut in tributis eorum. Abs quiuis homine. bene sic cœpit dicturus o frater frater. & qui secundum regulam dixit quia dicimus quibus ceterum a quo qui facit & non quibus: & incerta distinctio est: vel quod beneficium opus est accipere hoc vetus est: & illud cōmuniter. Id domum iuuat. oftendit plus esse quod iuuat q̃ gaudium. Is benefacit. bene subaudiendum est bis numero. o frater frater. Virgilius. Et fratrem ne. d. f. Vnum relatū est ab appellatione: alterum ad laudem: & subdistinguendum vt videatur quesiuisse q̃d̃ vltra diceret: & plus inuenire

se nō potuisse q̄ frater. Quid ego nunc te. .quid propter quod: & nunc te: additum est de superfluo. Vt tunc. c. a. f. l. Quid ego nunc te. quia laus genus cause est: quod non adhibetur nisi dubie rei. Quid enim nunc te distinguendū. quid autem: pro ut quid. Nunquam deest: aut sit qđ nunquā ita magnifice duplex causa est omittende laudis: si res aut nimium mala est aut niminm bona. Id virtus quin superet tua, bona periphrasis: virtus & tua: potiusquā tu. Itaq; vnam hanc rem me habere & subiunctum potest media silla ba: & prepositiuum producta eadem syllaba: ut sit itaque. Fratrem nonne dixit vnam rem fratrem: sed ego puto fratrem non subdistinguendum: sed legendū cōtexte vsque ad principium: nam si distinxeris fratrem erit bis vt arbitror subaudiendum & supra: & infra: qđ si fratrem inferioribus iunxeris & cum admiratione pronunciabitur & subaudietur quā. mihi hanc sane locutionem scire debemus per personam elaboratam sic dictam. nam nimium gaudet: & rusticus adolescēs est qui laudare conatur Aeschinum quasi titubans & pene balbuciens. Hominem neminem: noue auribo nostris: sed veterum consuetudine locutus est: nam cū neminem hominem significet quid opus fuit dicere hominem neminem. sed vt diximus figura est Archaismos. O Ctesipho. o mire cœpit gaudium significans. O Ctesipho: o Syre: hic vt prouidens: hic vt qui non prouiderit o dicit. O Syre Aeschinus vbi est: bene statim de illo cui agebat gratias loqui cœpit. Sed ellū. ecce illum pronomen vel aduerbiū demonstrantis: aut interrogatiue legunt: vt sit ellundicis. Te expectat domi. vt sit ellum pronomen: id est illum. nam & illū & ellum & ollum veteres dixerunt. Domi aduerbium ē in loco. Hem aduerbium est letātis. Festiuum caput. huic contrarius sensus est. Ridiculum caput. Alii putant festiuum caput: non Aeschini intelligendum: sed

orationis quam habet Cteſipho agens gratias fratri. ita in eunucho. Quam venuſte qđ dedit principiũ aduenienſ: quod ſi eſt nihil pote ſupra hanc laudationem: nam ſupra factum erit accipiendum: ſed male: nam caput Aeſchini ītelligo ipſũ Aeſchinum vt in toto pars ſit per ſynecdochen: in qua figura & pars pro toto ponenda eſt. que aut eminet ex toto: aut maioris precii ẽ ad id quod agitur. ceterum quod ipſum ſi ſeruatũ bonis auctoribus ſit ſi exempla ſynecdoches penitus conſiderare ſtudes: ſic muenies illius opera dicendo opera corporum laborẽ Aeſchini oſtendit: & religionem vt annua magne ſacro refer cereri letis operatus in herbis. Quid ſit ſ' deeſt queris. ſed eſt admirantis magis q̃ intetrogantis. Illius opera nunc viuo. o miram amplificationem beneficii non dixit illius opera vitam habeo: ſed qđ ſatis graue: & ſatis amatorium. Illius opera viuo inquit. Quin omnia admiratiue quin: & ſic ꝓ nuntiandum quin to parelcon vſq; ad maledictum famam. Maledictũ phamam: aut Mitionis aut Demee: aut populi. nam ſi aliter acceperis idem maledictũ videbitur & mala phama. Pre meo commodo. id eſt mei commodi comparatione: vt in Eunucho. Hic ego illũ contempſi pre me. id eſt mei comparatione. Meũ amorem & peccatum de rapienda meretrice & amanda: maledictum & peccatum cum dixiſſet omnia duo: tantum intulit maledictum & phamam: vt omnia Mercurio ſimilis vocemq; odorẽq;: & hoc vt ſit defectus quidam intelligẽdus ex affectu gracias agentis. In ſe trãſtulit: pulcra qua eruptura eſt Soſtrata circa Aeſchinum quemadmodum errauit Demea: eo q̃ ab illo credit amari meretricem. Nihil poteſt ſupra. Eclipſis per admirationem eſt ſubaudiendum. eſt enĩ vel eſſe vel dici: & pote pro potis. vt mage ꝓ magis.

Quid nam fores crepuit reſonuit: vt decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. fores ſingularis numeri:

nominatiui casus. Mane mane gaudentis est hoc dictum: non operiri iubentis.

Bi ẽ ille sacrileg9. Mire Aeschinus seruat adu uersꝰ lenonẽ superbiã qua ostendit tanto alienior esse animo ab amoribus meretricis quanto audacior in lenonẽ. Men querit: num quidnã effert Sperat nunc leno se aliquid accepturum propter conuicium. Vt alibi. minas viginti tu illam emisti: que tibi res vertat male: argenti tantũ dabitur: & vide quã tam ferrat leno pro lucro iniuriam qui se sacrilegi nomine significari non solum non dolet: sed eciam capit. Oportune autem men querit: & cum quadam gesticulatione & subsaltatione sperantis lenonis ad hoc se querit vt accipiat pronunciandum. Occidi nibil video. occidi non quia sacrilegus dictus est: sed quia nibil accipit: & simul gestum considera loquentis ex verbis. Occidi nibil video. mire hoc verbo apparet in vultu lenonis & spem mortuam & extinctum gaudium: iam & apta eclipsis hec dicentis. occidi nibil video. neq; addidit proferri: aut quid tale. Hem. interiectio repentine rei. Oportune teipsum querito Asyntheton deest veniſſe: non enim sequenti nectitur. Quid sit Ctesipho quid sit blandum inicium est. non enim interrogat cũ ipse dicat. In tuto est omnis res: mox ipse in subditis iam hec addidit preter naturã questionis quid fit qd agit. In tuto est omnis res. quasi amatori omnẽ dixat negocium de amica: & an omnis res: & lenonis iurgiũ & suspicio patris Demee simul. omitte vero. vero abundat: aut correptum est iamdudum non omittentis. Ego vero illam hercle vero omitto apparet nunc. non primum dici Ctesiphoni ab Aeschino. omitte tristiciã tuam: necnon primum responsum omitto: & ideo additum est: hercle vero: quia nunc demum data est plena securitas. Tristiciam tuam: sic dixit quasi nimiã. Qui quidem te habeam fratrem acuendum te. O rri ger-

mane: mi meus sed vocatiuo dixit casu. Coram te. coram ad ipsum pertinet qui laudat & alios qui audiunt te ad ipsum qui laudatur: nam coram laudat qui nō tacet apud alios & hoc agit non p epistolam: sed ipse presens. In os qui apud ipsum loquitur quomodo collaudat. Laudare: amplius q̄ laudauit. Ne id assentandi: Antiqua eclipsis deest. n. eam & vtrum ab ea causa an ab ipsa lite dicitur. Ne id assentandi: adulādi. Specta si non rusticus adolescēs est & purissime simplicitatis adeo vt eciam velle laudare fratrem nimio pudore nō possit hoc solo quia presens est: cum illum nimium laudarit absentem. Quod q̄ habeam gratum: varie non enim intulit quas gracias agenti: qui quia. Age inepte non est iniuria: quia maior frater est & blanda dictu rus. Hoc mihi dolet mihi dolet pro doleo: & dolet bis subaudiendum est: & pene in eum locum insinuacio beneficii ex periculo difficultatis ob temp9 Vt si omnes cuperent non si eget tantummodo aduersantibus. Pudebat deest fateri. Stulticia est istec. hoc scilicet fateri ei qui ipse patri nunquam quicquam celauerit. Tam ob paruulam. ergo diminutiuis adiungitur tam particula: & deest perire: sed tacet. Tam ob paruulam rem. id est meretricem: & bene hic Aesebinus quasi qui maiora expertus sit. i. vicium virginis. Pene a patria deest fugere: quia amatores cominantur patriam se deserturos vt amice sequantur. Pene a patria: Menander mori illum voluisse fingit. Terentius fugere Turpe dictu te fugere scilicet: & deest ē. Vt dii istec prohibeāt. id est exilium fugamq̄ patrie. Peccaui. Approbauit ex periculo magnitudinem beneficii. Quid ait tandē nobis additum est nobis enī ait non itelligendū est. Iam mitis est: quia debachatus est supra leno iam mitis est dixit. Ego ad forum ibo. tunc enim in foro demens e scriptura magis quā ex arca domoq̄. vel ista

pecunia numerabatur. Vt hũc absoluam. id est vt hũc reddito sibi precio dimittam: nam velut ligati sũt quibus debetur aliquid: dicũtur etiam serui illi solui qui cum debitores preciorum fuerunt pecuniam reddunt debitã. est ergo absoluam pro a me soluam: an iocatur ĩ tristicia lenonis qui illam cum barbara lenonia & mesto vultu sequitur tanquam reus tu intro: id est ad illam Ctesipho bona eclipsis significans leticiam potiunde meretricis. Syre insta. Iam Syrus non vt adiuuet sed vt instãter adiuuet rogatur. Eamus nanq; hic properat. hoc clamat Syrus vt beneficium ostendat sane vt rursus lenonem de profectione concereat. Ne tam cito qđ tam pro tantum: aut tam pro tamen: & deest dicas me properare: aut propero vt sit eciam aduerbium hortantis: nõ consencientis. Quamuis eciam pro quantum uis eciam particula vtrunq; consencientis aduerbium an coniunctio: quia significat & properare se: & nõ in tantum q; negligat qđ sibi debetur. Maneo ociosus hic. hoc separatim inferendum est quasi pertinaciter assẽuerantem lenonem instaturum se exclamationem facere denotetur. Maneo ociosus hic. dixit enim propero vbi rursum consenserat in Syri verba properasse dicentis reddetur ne time. qđ desperauerat Leno Syro ostenditur seruo vt omne reddat propter illud qđ dixerat: diuiduum face: & probatum est completũq; qđ ait cupide accipiat faxo: & hocipsum cum trepida & vultuosa supplicacione pronunciandum est. Tace modo ac sequere hac sic ait Syrus quasi nunc lenonem doceat queritans non perdendi: & totum cum supercilio prestantis magnũ beneficium dicit. Sequor Hoc verbo Leno satis cõmitigatus ostenditur. Heus heus Syre. ex argumẽto est ostendere quantum timeat Ctesipho seuum patrem. Heus heus: vox est de longinquo vocãtis. obsecro te hercle. satis mãsuete quasi lenonem aut non possit rusticus: aut non audet dicere

hominem dixit. Istum impurissimum: auarissimum & totum cum execratione lenonis. Quamprimum absoluito te ne si magis irritatus siet velut clam & scilicet & proprie de Lenone quem irritari dicit vt canē. Nā irritari proprie canes dicūtur. Lucillus de littera. R. irritata canis qđ homo q̄ plurima dictat. Lenonem autem timet Cthesipho vt rustic9: vt sed patre duro: vt amator. Aliqua ad patrem. hic prouehat nō dicit qd: sub nos intelligim9 raptum puelle significari. Aliqua ad patrem proprie secretum latens latici comparatur intra vas clausum existenti cum effunditur manat: sic & alibi ex cōmittendis secretis loquens. Plenus inqt rimarum sum: hac atque illac perfluo. Atque ego nūc perpetuo perierim. quasi exnūc se periisse senciat: sed non perpetuo. Non fiet bono animo esto. vt illi liberalis timor est: ita Syro seruilis confidencia. Tu cum illa te intus oblecta. moraliter illa dictum est. vt datur ne illa hodie Pamphilo: & illa quidem mea erit. Tu cum illa te intus oblecta. honeste explicauit turpe factum. Et lectulum sterni iube: seruus nihil tam comicum nisi inuitus adeo vt totum superbe ac magnifice loquatur. Conuertam me domum. conuertam magnifice dictum. verbum est enim magni moliminis & agminis ingentis. Nam conuertere se dicit quem pompa precedit: vt imperator proprie conuertit exercitū: & hoc spectatur vt moribus arrogantes serui sint cum letantur. Ita qneso quando. b. s. volunt quidam & hunc versum Syri prime adiungēdum: sed Ctesiphonis verba esse ex subditis planum est cum dicit hūc diem mi Syre cupio vt cœpi perpetuum in leticia degere.

o BSECRO mea nutrix. Hec scena tragœdie ordinem seruat. Nam Tragœdia in tria diuiditur. Expectationem. Gestum. & Exitum. Hic quoq; expectatio est in gete nuncio. gest9 in planctu. Sostrate exitus. Obsecro mea nutrix. Hinc de

monstratur quid sit maternus affectus q̃ grata in do-
mino seruorum fides sit. Eundemque laborum. & do-
lorem esse ex falsis & veris malis. Obsecro mea nu-
trix. persone aut suis verbis aut aliorum insinuantur:
ex suis vt nunc persona Sostrate. Ex alienis vt Mitio.
Aeschini ꝑsona ex Mitionis oratione ac Demee. Ob-
secro mea nutrix quid nunc fiet. Mea: pro blandimen
to ponitur. Quid nunc fiet. imploratio est magis tre-
pidantis q̃ ignorancia. & interrogatio nanq; illius nu-
trix et quippe anicula est: sed non sapientior nutrix ē:
q̃ domina sua. ipsum eciam quod dicit: Nutrix hono-
rificum est. Vt annam cara mihi nutrix huc siste soro-
rem. Sunt enim nomina ad aliquid quibus nos tamen
velimus appellari. Vt Magister. Medicus. Orator.
Modo dolores mea tu occipiunt primulum. Euidēter
hic modo temporis presentis aduerbium est. Et rursꝰ
mea tu blandimentum est sine quo nō progreditur col
loquium fœminarum & maxime trepidantium. Pri-
mulum. inicium & ipsa origo dolorum diminutiue de
monstrata est. Nō enim primum: sed primulum dicit
Nunquam tute pepereris. vide preparationem dolo-
ris: nihil mali adhuc secutum est. Et iam sic turbatur
Sostratas. Iam nunc times. quasi nunquā affueris. n.
t. p. docte duo proposuit: quibus experientes scientes
q̃. Rerum sumus. videre & pati. Virgilius sic. Quiq;
i. m. u. e. t. q. p. m. Tute autē. pro tu: parelcon est qđ
resciscitatur vt facit tute & tutemet & tutemetipse.
Solæ sumus. quomodo hoc nomē singularitatis sit mi
re sole pluraliter dixit. Neminem habemus. Sole su-
mus. g. h. a. non. a. muliebriter queritur & ex pertur
batione sua existimans metus multa facit ea que pau-
ca sunt. Getha autem hic nō adest. hic apparatione: vt
ostendatur absens qui superuenturus est. Nec quē ad
obstetricem mittam. deest habeo. sed in consuetudine
est sic loqui cum ad vtrunq; nobis non alterutrum de-

esse consequerimur. Nunquam: pro non est. Semper non ad omne tempus rettulit. Sed omnes dies secundum quod ait. Nam vnum nunquam intermittit diem Solus mearum miseriarum bona locutio. Miserā me: proprium est mulierum cum loquuntur: aut aliis blandiri. Vt. Anna cara mihi. n. b. s. s. Aut se cōmiserari. Vt. Misere hoc tamē vnum exequere Anna mihi. Nā hec omnia muliebria sunt quibus pro malis ingentibꝫ quasi in aceruum rediguntur. Et enumerantur nulliꝰ momenti querele. Neminem habeo: quid enim opus est: aut cur nunc quereris. Sole sumus. nunquam pluraliter Sole. Getha hic non adest veniet. Nec quē ad obstetricem mittam: nec qui accersat Aeschinum habeo subauditur: & magis a trepidante q̄ racionabiliter dicitur: nā refellit hoc totum nutrix Cantara. Here nate sic proprie dicimus de his quæ contra volūtatem nostram acciderunt: vt nunc vicium virginis: ergo here nate sic eius dedit aut malus est. & sic maluit dicere quem non Aeschino culpam: sed pocius casui attributam vell&. Est autem ordo. nihil potuit melius here nate fieri q̄ qđ est hera: aut quandoquidem vicianda erat virgo: ab eo viciaretur qui erat expetendus ad matrimonium. Sensus enim hic quidē malum vim fieri virgini sed ex cōdicione eius que viciata sit nihil potuit melius euenire q̄ contingit. vt ab eo viciaretur cuius nos non peniteret. intelligere autem debemꝰ fieri & factum esse euenit & contingit dici. Melius fieri haut potuit. Si fieri pro euenire acceperis: erit consecucio locucionis: si non minus deerit quantum intelligo. Quando vicium oblatum ē. hoc est here nate. Oblatum est. oblatum dicitur quod offertur inuito. Vicium oblatum ē quod ad illum attinet potissimū quasi vicium oblatum sit potissimum: hoc est bonum: sed ex persona eius qui obtulit vicium factum est bonum qđ per seipsum malū est. et hoc ē quod melius haud fieri

potuit q̄ factum est. Illud autē dicit vt Aeschinus scilicet. Potiss̄mum autem superlatiuum est ab eo quod est potis & potius. Sic enim facit potis & potius potissimum: & quod modo exceptione significat: pro Aeschino significat vt sit qđ ad illū attin&: id est Aeschinum. Tali genere. Laus ante illum talem & tali animo. In illo & genus: nam ad viuos pertinet. familia ad defunctos. Alii genus ad nobilitatem referunt. familiā ad copias. Vnde & paterfamilias dicitur: vt sit ex tanta familia: ex tam diuite domo. Hec omnis exultacio tragica est gaudiorum introductio ante funestissimum nuncium. Talē scilicet a corpore. a forma: a pulcritudine. Tali genere. id est ab his qnæ extrinsecus sunt: id est honestate generis. atq; ex animo, id est sapiencia. modestia. hoc modo igitur nihil pretermisit in laude. Salu. nobis deos queso vt siet: quanta his est: nihil ad vota preter salutem opus est.

n Vnc istuc est qđ si omnia. Hic locus secundū artem comicam seruum currentem exprimit & nunciantem mala. Maxima itaque pars scene motoria est. significat autem nūc: tale negociū est. nūc tale periculū est. aut vero ꝓ significationē tpis habz: vt si diceret qñ aut quo tēpore. Nūc istuc. vtrum periculum an tempus. est enī Eclipsis. Quod si omnes omnia sua consilio. omnes omnia hinc. Cicero omnes i hoc iudicio conferant omnia. Salutem querant. non remedium vt egro: sed pereuntis salutem: & noue dicit malo salutem: pro contra malum. Auxilii nihil afferant. mire de proximo repetitū est: id est conferant & afferant: hoc conuenit presertim stomacho minus verba curantis: sic supra omnes omnia. Quod mihi bereq; filieq;. Mira in seruo fides, quom primum se ponat i herili malo: & post se matrem: in vltimo puellam. Quod mihi bereq; filieq; herili. est asyntheton secundum vt omnia secum. Ve misero mihi. tot res repente circum

uallant se circa nos: & stipant se inuicem. Nam circum uallamus nos & alios: tamen rara locutio est. Et circũ uallant dixit velut inimica acies ꝓtra nos: & ideo addidit vnde emergi non potest. Cum impressio est hostiũ sic dicitur: vt Salustius. pressi vndiq; multitudine. Cicero qui semper premuntur: & nunquam emergunt: & emergi noue: nam emergo dicitur: nõ emergor: sed ideo vsus quia extra compositionem & mergo & mergor facit. Vnde emergi non potest. vnde absolute: an deest illud: an vnde pro ex quibus. Vis egestas. solitudo infamia bee res sunt quæ circumuallant: vis illata: egestas ipsius puelle: iniusticia iudicum illius temporis: solitudo a defensoribus infamia ab his qui credũt precio viciatam. Nam & in subditis sic habes quando conscia mihi sum: neq; precium: neq; rem vllam intercessisse. Hoccine seculum: questurus de homine: Seculum accusat prius vt a tempore mores ĩcrepet & e cõtrario. Secula in omnibus rebus laudãtur. Vt. quæ tetam leta tulerunt secula. Hoccine seculum. O scelera: o genera sacrilega: o hominem impurum: Moris est nimis dolentibus incusare alia ex aliis. Virgi. Cum complexa sui corpus miserabile nati. Atq; deos atq; astra vocat crudelia mater. & quem nõ incusaui demẽs bo. q. d. O hominẽ impurũ Aeschinum. s. & hoc nam semper vltimũ ponimus eum: cui maxime irascimur. vt in Andria. Post accusatum socerum vitupe ratam & sponsam. Nam quid ego dicam de patre. Et in Phormione. Ita ne tandẽ vxorem duxit. f. s. & post multa facinus audax. O Getha monitor vnde ille vix tandem inquit. Video timidum: & properantem Getham. Timidum: perturbatum. nõ enim timet: sed dolet. Sic plautus in bacchidibus. Nam vt ex mari timido. Quem neque fides neque iusiurandum ordo est: hominem impurum: quem neq; fides: neq; iusiurandum exaggerat crimen admissum. Quem neque fides. quia

promisit: neq; iusiurandū: quia iurauit: neq; misericordia: quia vim intulit. Neq; illum secundum parelcon: nam abundat illum: Vt nunc dextra ingeminans ictū nunc ille sinistra. & eius videlicet misericordia quam amaui neq; repressit ne audiret. neq; reflexit ne faceret. & sic hoc dictum est vt Vir. Num fletu ingemuit n.n.l.f.o.d.a.m.a.e. & cetera. et si non potuit reprimi ne faceret saltem vt in peccādo esset mitior debuit cōmoueri: sed melius qđ supra. Neq; qđ partus instabat prope: Non enim addidit mariti: sed patris scelus. Qui misere. deest ei. Indigne: impie: crudeliter. vt Vir. Quæ causa indigna. s.f. Non intelligo. ad hoc Sostrata ignorās inducitur: vt malo nuncio repente feriatur. & quia oportuit ipsam priorem loqui presens loquitur. Quæ autem non est prodenda tam suauis: dolentis ad irascentem idcirco nō audit Getha cōseruus ne ob illa loqui desinat. Satis que loquitur idcirco nec audit eam seruus s: nec videtur ab eo Sostrata. Vix sum compos animi. aut vix tandē aut vix nō. Vt carcer vix carcere dignus. Compos animi. id est competentis animi: vel sani animi: cui cōtrarium est Impos animi. Salu. Neq; animo neque lingua satis competere: cum de amente septimo loqueretur. Alii cōpotem animi: compositum animum intelligūt. Quam illam totam familiam. hic nunc tam culpa familie q̄ scelus Aeschini ostenditur propter quem omnes cruciandi sunt. Iram hanc, hanc interdum pro qualitate: interdum pro quantitate accipimus: interdum pro vtroq;. Vt tuaq; animum hanc effundere dextra? Et hunc ego te Euriale aspicio? sed nunc pro vtroq; hāc dixit. Vt Sal. descripto celtiberi ait hāc igitur redarguit Tarquinus. Satis id mihi habeam supplicii. Moraliter loquitur: nam fere cum quisq; sibi irascitur videtur fortis tanquam plus qui audet. Dum illos vlciscar modo verum est hanc esse vindictam que ex recē

tis vicii flagiciis properat. Sic Virgilius: te turne. ſ. c. n. q. Seni animam primum extinguerem. bene extinguerem: quia ignis eſt. Igneus eſt. o. v. et. c. o. ſ. & primum addidit quod ordinem ſignificat. tunc enī adiicitur cū multa ſubiicienda monſtrantur: vt cui fracta prius crura brachiaq. Vicium in Aeſebinum totū promouens oſtenditur: ecia per aliena ſupplicia maxima per Syrum impulſorem cauſe pœne Vab. quibꝫ ille lacerarem modis. hic voluntas immodica oſtendi tur pœnam pro meritoris poſcentis. Et nota cum Syrum dixerit addidiſſe nutus de ſupercilio. Illum ſublimen iſta pœna. ſtatuerem. vt cerebro diſpergat: & cerebrum via diſpergi poteſt: ideo videtur ambiguum: Vt apud Vir. Enſemq. c. ſ. ſ. parq. m. Aliter enim dicitur. Spargite humum foliis. Aliter Sparſerat & latices ſimulatos. f. a. Adoleſcēti ipſi eriperem oculos. bene oculos amoris indices adiutoreſque flagicii. Poſt hac precipitem darem. grauior pœna cecitatis: nō preuidere quo cadas. Ceteros ruerē. ruerem actiuā vim habet. Salu. in ſecundo. ictu eorum qui in flumine ruebant necabantur. Ruere eſt enī toto corpore vt ad impellendum: quod faciunt qui ipſi precipites alios proſternunt: inde ſues ruere dicuntur. Vir. Ipſe ruit: dentesq; Sabellicus. e. ſ. & Horacius. Hanc rabioſa fugit canis ac lutulenta ruit ſus. Tunderem & proſternerē. vide q; fortis ſibi videatur qui dolet & irascitur. Agerem proſequerer promouerem. Vir. Curſu parant iſta g. & agit ventos: id eſt nimia celeritate proſequitur: vt pene occupat ꝓuenitq. Ego ſum Soſtrata. hec ideo inducitur vt veriſimile ſit ſupra non viſam Soſtratam quando ecia vix nunc agnoſcitur ab irato. Te ipſam expecto. incerta diſtinctio: vtrū te expecto oppido oportune ſit dicendum. An expectare ſit impacienter cupere & ſine preſcriptione temporis ſperare: iuxta certum temporis. Vnde apparet ad te expecto: qui p ſe

nimium est non esse intelligendum oppidum. Quid festinas mi Getha ꝑ probꝫ assignat hoc Sostrate. Asper non vult ad omnia seruum respondere: sed nutricē putat hoc loqui. Quid festinas: perturbatus & cōmotus dixit prorsus acta cōmota: fessō anhelanti ob perturbationem & contensum cursum. Animum recipe. qđ in lectione gestu ostēdi minime potuit id ex verbis Sostrate ostenditur in Getha. Nam ideo dicitur: animū recipe: quia ille pro anhelitu crebriora verba continuare nō possit. Perimus. Actum est. Iam bina verba agūtur. Perimus. Actum est verba sūt desperationis. Nā actum est dicitur in ea re de qua iam lata sit sententia. Eloquere obsecro te. bene eloquere: nam conatur tantum quod nec explicatur: nec intelligitur: cui vicio cōtraria virtus est eloquēcia: iam plus hic gestu q̄ dictu agitur: qui vt supra diximus. & lassus est qui nunciat: & integratur dolor nūcii quom apud illam loquitur: ad quam maxime calamitas pertinet: quo dolore vox plerūq; subtrahitur atq; singultus & simul dat signum perditarum rerum. Ve mihi misere. interponitur mulieris affectus nouo nuncio. Amare occepit aliā. peius est amare occepit: quam amat. Nam in eo quod dixit Occepit augmēta mali metuēda significat: vt in principiis que actum respiciunt non statim munitionem inspectant: & occipit magnum facinus dixit. A lenone ipsus eripuit. sic nunciat vt vltima peiora sint. & hiis argumentis vult probare: Q̄ immodice amauit Aeschin9 qui plusquā virginem idipsum quod pudor nec hortatur: nec consulit amat. Quis autem magis potuit impudens esse q̄ qui post honestum amorem ab leno ne amet. hoc etenim signat meretricem. Ergo non honestum: sed ab lenone: non per alium sed ipsus nec emit aut abduxit: sed ob impaciencia valde amātis eripuit. Neque id occulte. vt qui celaret factum tanquam satisfacturus vxori videretur: sed palam. Scisne hoc cer

to ꝑ magnis malis non ſtatim creditur. Hoc ergo ex do
lore dixit. quod ſtupet audiens. non quia non habet fi
dem. Hiiſce oculis Aſſeuerantis: Ah
ab. interiectio eſt flentis. Me miſeram quid iam cre
das. mira affectio: Nam lachrimæ nō ſinunt finire ſen
ſum. qd credas. aut cui credas. fides aut perſone qua
litate ſeruatur ſi grauis perſona eſt cui credatur. aut
ipſius rei qualitate. ſi ea res crediꝫ: in qua fallere cui
creditur. aut non poteſt. aut non debet. hic ergo mire
in vtroq; iam fidem dixit nullam eſſe: & in perſona &
in re. quod Virgilius tranſtulit breuiuſq; dixit. Nuſ
quam tuta fides. hoc eſt nec in re nec in perſona. Et
hic ipſe in heauton. Prob Iuppiter. vbi nam eſt fides.
Noſtrum Aeſchinum. noſtram vitam om
nia quia fletus impedit verba. deeſt autem hoc feciſſe
vel quod tale eſt. Site erant: ſite. poſite. nam ſitum eſt
quicquid in loco ſuo poſitum non euertitur. Qui ſe in
ſui gremio poſiturum puerum. puerum dixit ſi puer
naſceretur. non quia marem naſci diuinabat. diuinabat
ad votum ergo cupientis rettulit puerum: nō quia ne
ceſſe eſſet mare naſci: & hec omnia magno ſtupore di
cuntur ad exaggerandam perfidiā illius cui creditur:
& dolorem eorum qui crediderunt. Hera lachrimans
mitte ac potius ad hāc rem quod opus eſt. Hinc Vir.
non lachrimis. h. t. e. ſ. i. ſentit autem non lachrimis
agendum: vbi conſilio opus eſt. porro proſpice. porro ī
reliquum deinde vel in futurum. Porro enim ordinis
& temporis aduerbium eſt: non coniunctio. An mi ho
mo ſanus ne eſt: hoc ex perſona nutricis legendum eſt.
illa. n. diſſimulandam rē putat. Mi: pro meus an ꝓfe
rendum hoc tibi videtur tua fama & gnate vita. ſ. ti
bi. n. crimini erit viciatam eſſe filiam. illi eciā oberit:
& vtrum vitam. ſalutē dicit. in dubium. in periculū:
fateatur. viciaſſe filiam: & complexio dipleuros orato
ria in qua quod ſenſeris tollis cogeriſq; quod ex alte

ra parte sit hoc est. quia propter quoquo facto. con-
grue & pro persona: & pro muliere hoc dictum est:
eaq; in malis constantem esse demõstratur. Non faciã:
non faciam dixit pro non tacebo: quasi tacere aliquam
actionem habeat: sed moralis significatio est & cõmu
nis omnibus: sicut aduocatũ dicimus male feciſſe quõ
tacuerit. Peiore res loco esse non potest. satis argute
poeta inter Getam & Sostratam sententias ex pertur
batione facit: quasi in quo nunc ista esset causa nihil ti
mendi. primum indotata est. racio subiecta est: quom
& indotatam pauperem modo dicit. Tum que secun-
da dos ei erat videlicet. dari pro virgine nuptum: & ĩ
certa distinctio est & enim erat bis subaudiendum. da
ri autem nuptum non potest iungendum: sed pro vir-
gine. i. virgo: nec virgo: nec ꝑ virgine nubere potest:
non virgo. qa viciata ẽ. nec ꝑ virgine. qa res diffama-
ta ẽ. Sin ĩficias ibit: si negabit: testis ẽ mecũ anulus.
locutio hec sic capienda est: hoc est anulus pro me te-
stis. vel sic. Anulus mecũ testes sumus. sed melius qđ
supra. Postremo quando ego conscia mihi sum. quan-
do pro quoniam. vel quando pro quidem. Neq; rem vi
lam. hoc est inter nuncium: pactum domini: aut pro-
missum: & bene totum execratiue dixit: vt alii facino
re abhorreant. illam filiam. s. experiar: apud iudices
agam. Quid istuc ẽ verbũ est egre consencientis: qua-
si dicat. ꝙ hic resistam. Accedo vt melius dicas. i. vt
consenciam: veluti melius potens sis dicere. Quantum
potest. i. cito vel vbi atq; egioni apud menãdrum. So
strate frater ĩducitur. Huius filie: sue. s. Simulus: no
men patris puelle diminutiuum a Simo: vel Simone.
& nota nomen in palliata fabula latine diminutiuum:
Simulo fuit summus an ad cognatum: an ad amicum
refertur: An absolute ponitur: vt in Eunucho. pluri-
ma salute sũmum suum impertit. Gnato & nos coluit
maxime & miserabilius coluit dictum est: ꝙ h diceret

colit. Virgilio. per caput. b. i. p. q. a. s. Colere enim & maioribus & minoribus conuenit. Vt post habita colluisse Samo. Nos. monosillabū finit: vultuosam exprimens pronunciationem. Tu mea Cantara: tristis ac serie fœmine blandimentum est mea potius q̄ pronomē possessiuum. deest enim cara: vel quid tale: quo addito pronomen staret mea. Curre. mire dictum est ancille: curre. Vt cum opus sit. id est cū adesse cœperit partus. ne in mora nobis siet. locutio qualis supra.

ISPERII. Ctesiphonem audiui filium. Hic ostenditur q̄ seueri homines: ac recti & bone
d fi: tenaces vel ridiculi sunt vel odio habētur quoquo accesserint. Magno autē affectu: & quasi exclamantis addidit filium: quasi causam redderet cur dixerat: disperii. Vna fuisse in raptione cum Aeschino œconomia in qua ostenditur quantum cōmouebitur. Demea ipsa te comperta cum ex parua rei suspicione tantum se afficiat. Raptio autem ad personam refertur. Rapina ad rem. Raptus ad stuprum. si volumus loqui. id misero restat. bene restat: tanquam iam summum malum sit Aeschinum esse corruptum. & misero mihi: quasi qui nihil nesciat nihil curante Mitione. Illum si potest non dubitat velle. & ideo dicit potest. Qui alicuius rei. Recte enim hoc supra dixit non fratrem rei dare operam ruri: esse parcū ac sobriū. Eciam eum ad nequiciam abducere quasi inuitum dixit. non vocare: sed abducere. dicimus enim volentes: sed abducimus inuitos. Nequicia enim proprie libidinosa inercia dicta est: quod nihil queat nulliq; rei apta sit: vnde & nuge: q̄d nihil agant: vel nō agendo. Vbi ego illum queram. c. a. non esse: sed abductum esse: quasi adhuc culpa non sit illius. In Caneum. Veteres Caneum merricum tabernam dixerunt: q̄d ipsa sit ī tetra: non vt cœnaculo superius: Vnde taberna quasi trabea: a validioribus dicta trabibus quibus superiora

suspensa sunt. Persuasit ille impurus. Suademus facilia: persuademus difficilia. et suadere faciētis est: persuadere perficientis. Impurꝰ pro improbo ponit apud Terentium: & hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonis cui a maiore fratre & improbo ingesta sit persuatione nequicia. Sed eccum Syrum ire video. ire & abire & venire significat. Ire video. ire pro venire: vt nec vero Aeaciden me. sum. I. e. Atqꝫ hercle hic de grege figura. hic de grege: ordo vel bonorū vel malorum grex dicitur. & grauium: vt equester ordo. Senatorius ordo. Etiam grex vel bonorum vel malorum est: vt Cicero. in his bonis gregibus omnes aleatores: omnes impuri impudiciqꝫ versantur. Queritare. instanter querere. Carnifex. pro Ganeo positum est. Non ostendam id me velle. s. scire vbi sit. Quo pacto se haberet enarramus ordine. pro enarrauimꝰ: hoc est recte: quia dixerat Mitioni sic quicquid ē volo scire: atqꝫ hominem conuenire si apud forum est. & enarramus pro enarrauimus. vt Omnis humo fumat Neptunia Troia. & ordine bene: quia simpliciter fatetur. Fallax autem & captiosa narratio est quod timemꝰ fateri. Nihil quicquam vidi letius. quartum parelcon. Hominis stulticiam. s. quia letatur ignorans vbi Aeschinus sit. Collaudauit filium. plus additum est. non enim solum non accusauit: sed & collaudauit. Disrumpor. mire his enim verbis cōmouetur collaudauit & egit gratias: & vide auxesim stomachi reseruatā. Argentum enumerauit. contra illud est. cur tu his verbis sumptum suggeris? Id distributum. Sane ex sententia distributum diuersa tributum. i. disptitum pulmentaria. Huic mandes si quid recte curatum velis. ironia est maioris stomachi: quia ille dixit ex sentētia distributum: vt indicat Demea non distributum dilapidatum. Sic alibi. Columem familie bene custos salue. Hem Demea. hem interiectio est cōmoti & qua

si perculsi re subita & noua. Quid agitur. blandientis est: non interrogantis: vt alibi quid fit quid agitur. Nequeo mirari satis: mira sunt & illa quæ vehemẽter parua sũt. & ideo mirari pro horrere & reprehẽdere positum est: & racionem dixit malam: cum nõ sit racio nisi bona: sed sic loquitur populus. Et hercle inepta. hoc ad senem. Ne dicam dolo ne menciar. i. ex contrario dicere videar: sed vt sedulo dicam. Atq; absurda. ineptum est stultum tantum. Absurdum quod & stultum est: & in ipsa stulticia diuersum: & quasi repugnans sibi. sic ergo locutus est vt videatur ineptam racionem ad Aeschinum referre. Absurdum ad Mitionem quem iam fieri stultum cõtrarium senectuti est. Concrum maximum istum. Diastole. quia erant alii non maximi: vt e contrario. Argutisq; minor. quia est maior. Nam istum quod ait dictu con est: videtur enĩ ostendere digito quẽ dicat. In aqua finito ludere pauliſper. Sic ostenditur bene obsonasse qui viuos attulit pisces. nam non ludit piscis nisi viuus. Volo prius. superbe & pro auctoritate non dixit oportet: sed volo: subauditur enĩ purgari eum: & nihil ex mora corruptele accessurum pisci ex eo ostendit: quod ait ludere: hoc est viuere. et non læsum viuere. non enim dixit natare: quod eciam possunt languidi pisces. Ipse insuper planum fecit quod fit purga dicendo exossabitur. Purga igitur exossa significat: non vt quidam exossabitur comedetur. Mihi quidem non placet. plus hoc ad senem: & vide quantum superbe: & confidenter dixerit ob amiciciam omnium dominorum: excepto vno Demea: quem tamen de illis contemnit. Salsamenta. hoc ad discipulum. Salsamenta. Aut salsi pisces sunt. aut laridum. Salsamenta hec Stephanio. in tota comœdia opera danda est vt stomachetur Demea: excepto qđ se ipse in fine cõmutat. hec ergo causa est: quare Syrus quoq; illi obicitur magnifice inferens se vt luxurio

sum licentẽq; seruum: presertim qui adolescentum pedagogus fuerit. Vtrum studio ne. aut credo est: vtrũ ne: aut est parelcon tercium: aut vero per Eclipsim accipitur: quasi dicat vtrum est: aut vtrum versum est. Quod qui accipit vtrũ studio ne: subdistinguat & separet a sequentibꝰ necesse est: aut vtrum superuacuũ est aut ne: aut certe figura est pro vtrum ne Studio ne id sibi habet. si sciens ledit filiũ. Laudi putat. quia decipit. Si perdiderit gnatũ. & magno affectu: non dixit Aeschinum: & mire non addidit cuius gnatum. Ve misero mihi. hoc ẽ quod supra dixit egre est alienus non sũ. Videre videor iam illum diem. illũ dixit: quasi quendam tristem ac funestum. Quod ante pedes est modo videre. hoc sumpsit poeta de Illo in Syrum promulgato ancille dicto: quod ante pedes est nõ videt: cœli scrutatur plagas. Sed eciam illa quæ futura sunt. Magis ridicula est assentacio si quis maxime laudetur quibus maxime caret. Quid istec iam penes vos psaltria est: dicẽdo istec: ostẽdit iandudum se hac indignari. Est iam itus. vt illum confidens eatus. Andomi est habiturus. proprie quia haberi vxor dicitur: & haberi mulier quom coit. Credo vt est dementia. sic in Eunucho: eam se intẽdit esse vt est dementia: & nominatiuus casus esse potest & ablatiuus: si ablatiuꝰ: perditus aut quid tale subaudimꝰ. sed melius nominatiuum accipimus casum. Inepta lenitas patris & facilitas praua. lenitas ad permittendum: facilitas ad ignoscendum. sic quidam: sed ego lenitatem ad Mitionem refero qui hec leniter patitur. facilitatem ad Aeschinum cui hec per licenciam facilitas datur. Paruum autem est quod & ipsum ledit facientem. Malum quod alios tantum. Fratris mei quidem me pudet pigetq;. pudet in his quæ turpiter facit. piget in his quæ cũ damno ac malo. pudere eciã ad dedecus: pigere ad dolorem refertur. pudet qđ turpe ẽ. piget quod dolet.

Nimium inter vos Demea nũc enim redditum est quod supra dicebatur: & preterea repetendo nimium confirmauit superius dictum non soluit. Tu quantus. id est quãtuluscunq;. Nihil nisi sapiencia. Ridicule prius. prius additum nihil: q; quicquid laudis nomine: deinde si sapiens dixisset non tanta esset irrisio sed stultus. Nihil nisi sapiencia es. ille somnium: nec tu sapiens sed sapiencia nec ille somniculosus: sed somnium hyperbole. Sineres illũ tuum. ab argumẽto fabule repetit. Sinerem. ironicos interrogat. Totis sex mensibus. totis quasi longi sint. id est integri: vt ne vnum quidem diem minus a sex mensibus sciat quod cœpturus sit filius: nimis comica & moralis assentacio. Quã ille quicquam cœperit: multum dixit & ante sex mensibus & olfecisse & prius q; cœperet non olfecit: & totum ridicule. Nam quid olfeciset: qui nondum quicquam scire cepisset: cuiusq; naribus nihil obiectum fuisset? Nam ideo nares a naritate dicte sunt: q; nos odoratu doceant presto & prope esse quod adhuc oculi non vident: vigilantiam tuã tu mihi narras id est quam maxime scio. Sic fiet modo vt nunc est. non dicit qui: sed respice ad argumentum & videbis hec optantem Demeam. Vt quisq; suũ vult esse ita est. hec sentẽcie semper sunt hyperbolice: & p personis ridicule. Plautus in milite glorioso. Nimia ẽ miseria nimis pulchrum esse hominem. Quid eum vidisti hodie: quid eum inicium interrogationis future de persona alicuius. Sic i Heau. Sed Syrum quid ne mecum. Tuum ne filium. hoc clare tuum ne filium. Moris est vt qui cogitat quid respondeat interrogatione remoretur. Abigam hinc rus. vt pecudem dixit Abigam. non vt hominem mittam. Abigam hoc lentius. & abigam dixit vnde Abactores dicti sunt. Cicero in verrinis. Quarum greges istũ abigendos curasse. Iam dudum aliquid ruri. hoc clare aliquid ruri agere arbi-

tror: hoc plus est q̄ illic esse. vult enim cum laude eius loqui: vt supra rem dare operam: ruri esse parcum ac sobrium. & agere proprie dixit. nam ab agendo ager dictus est q̄ in eo multa agenda sunt. Quem egomet produxi. mutata ꝓpositione: non deduxi: sed ꝓduxi dixit. id est porro duxi. Metui ne bereret. & hec translatio vt subleuat Ctesipbonem: ita Aeschino inuidiosa ē. nā beret non animo: nec voluntate: sed vi co decipiētis aucupis. Quid autem. quid quare: vel ob quam causam. Virgilius. Quid veniat: cui contrarium in significatione id quod te oro. Nibil reticuit: mirum enim minorē fratrem non pepercisse maiori: nec tacuisse quicquid erat opus. Cœpit clamare totum &̄ cœpit & clamare: & quod sequitur adortus iurgio est. Aggredimur de longinquo. Adorimur ex insidiis: & ex ꝓximo: nam adoriri est aliquem oriri: id est exurgere. De psaltria istac. hic mire senem imitatus est: & memoriter quia ille dixerat: Quod ista eciā psaltria apud nos. Interuenit homo de improuiso. Interuenire est medio negocio quasi ex insidiis superuenire: & opprimere in ipso actu eos qui rem celatam vellent: & vide q̄ oratorie narret gestionem rei que nunquam facta sit. Aeschine beccine flagitia facere te. fides est: & accusatio a persona: & vide pondus in nomine Aeschini. Nec admittere: Auxesis. nā plus est admittere q̄ facere. hec admittere indigna: pronum est hec statim credere De meam de eo quem superius laudauerit non videt fratrem rei dare operam ruri esse parcum & sobrium: vnde mira poete arte & inicia & media & postrema sibi congruunt atq; respondent. Lachrimo pre gaudio. in moderata leticia maxime parentum lachrimas habet. recte ergo additum est gaudio: quia lacrime solū morem significant. Non tu hoc argētum perdis: sed vitam tuam. hec figura oratoria dicitur: & simul ostenditur non esse mediocre quod factum est.

huic quasi admiretur ipse que narrat. Syre precepto-
rum plenus est istorum vide Demeam nō desinere cul
pam Aeschini in Mitionem conferre cum more cōtra-
rio preceptorum suorū vult esse quod sapit Ctesipho:
& eorum que diis licet: vt ibi non tu argētum perdis.
Hui. interiectio mirantis est. Domi habuit vnde disce
ret. vnde: id est de quo. Fit sedulo dictum est:
fit sedulo sine dolo: id est instanter: quia negligentes
dolosi dicuntur. Inspicere, tanquam in speculo vitas ho
minis. Vtrum videndum an recte speculandū induxe
rit cum alienas vitas dicit inspiciendas esse: nisi forte
ad causam admouendi speculi non ad effectum referre
mus: nam causa inspiciēdi speculi emendatio est vult9:
effectus forme per imaginem resultantis. Hoc laudi
est hoc vicio datur. non philosophice: sed cuiliter mo-
net. non enim dixit hoc bonū: sed hoc laudi est. nec hoc
malum: sed vicio datur: ergo vt idiota & comicus pa-
ter: non vt sapiēs & preceptor. Callide. callidus dict9
est etiam qui exercet doctos. Callidus dicitur qui cal
lidum sibi vsum artis induxerit. Istec res est. non quā
rem gerit Mitio. nō enim vtile agit. & significat hoc
verum hoc vtile est. Porro autem. prope desinit9 erat
Demea contra institutum argumenti. Artificiose igit̄
poeta subiecit ex persona serui. Vnde illum ad amari-
tudinem prouocat. Porro autem. aut vero. & huius-
modi principia narrationum sunt: quibus superiora se
quentibus cōnectuntur. Nam id nobis tam flagitium
est: non dixit peccatum irridens senem: sed flagitium
& quid est corrumpi pisces vel talia. Quod queo. qd
possum: sed sic maluit dicere vt alludentem se de sua
arte fecisset Syrus: & hac re ostendere nihil ab illo di
ci serio. Quod queo, a coquendo sumpsit sic & infra se
dulo moneo que possum pro mea sapiencia: & Cicero
dictum refert in eū qui coqui filius secum causas age-
bat, tu quoque aderas huic causę. Nam apud veteres

coquus nō per .e. litteram: sed per .q. scribebatur. Ad eundem istunc precipio modum. Argumētatio ad deridendum Demeam omnium que serio ille supra dixerat. Hoc falsum est. hoc aduſtum. hec contexte & coniuncte dicuntur: quia non vicissim Syro assentatur senex. Pro mea sapiencia. sapiencia dixit: quia condimentum gustu ac sapore temperant coci. In spicere iubeo & moneo qđ opus facto siet. & hic speculū non ad imaginem vultus: sed ad cōtuitum contraposite rei rettulit. Nos que facimus. nō coci: Sed Micio. Aeschinus. familia an nos pro domini posuit: an nos pro ego & meus. Sencio. cum dilatione & vultuose dicendum sencio verū quid facias. Quid facias: pro quid faciat vnq̄ quisq̄. s. Vt homo est ita morem geras. vtrum aptum puerbium sit seruis an amicis. Vt est obsequium amicos: veritas odium parit: & hec sentencia modo velut querela demissa voce proferenda est. Mentē nobis meliorem dari vis respondit agresti feritate. nō respondendū erat recte aut valeas: sed hic ne vel abiēs blandus esset. p salutacionibus ipsas amaras supponit. & memento eciam hūc eundem insalutatum relinque re: qui aduenies paulo ante nec salutauerat: nec resalutauerat fratrem. Meliorem autem pro bono ac tolerabile posuit. non enim bonam credit vt meliorem optet. Virgi. Dii meliora piis. e. m. r. p. n. Tu rus hinc abis. vult Syrus nosse an eat. nam quid agis addidit hortando vt quāprimum abeat. Tu rus hinc abis. qui consuetudinis memor est animaduertit has interrogaciones non inquirendi causa pon: sed admonitionis loco esse apud eos quos velimus abscedere. Sic igit̄ interrogat vt horteť. & sic pronunciat vt & fiat & approbetur quod facit. Quando is quam obrem. noua locutio: is quā obrem: pro is propter quē. sic & alibi. In eo me oblecto solum. id est earum mihi. Illū curo vnū. vtrum cum exceptione & tamen sic loquitur vt appa

reat illum non posse sibi imperare obliuionem Aeschini. Nã iccirco addidit. Quãdo ita vult frater. de istoc ipse viderit amare cœperit: & ideo tenet. nam ambos amare ꝓpemodũ reposcere illum quem dedisti. Quis illic quem video procul est ne Egio. inuenta causa est cur non abeat Demea propter reliquam fabule partẽ: & simul aliud additur quo indignetur: bene autẽ dubitat & familiam ciuem & multum absens a cõspectu ciuium. Ne illiusmodi magna nobis ciuum penuria ẽ: ne valde illiusmodi cuiusmodi est Egio. id est qualis: & magna Oeconomia. Senex laudatur vt postulationi eius statim adsit fides. Haud scio mali quid ortum ex hoc sic publice. Vtrum hoc optãdum est ne moriatur. an est testimonium vite hominis nunquã obfuturi rei publice. Vbi eciam huius generis paucos ar raros bonos: nam reliquias pro relictis paucis dixit. ideo restare eciam dictum est. Viuere & nunc lubet. ex hac delectatione ostenditur Demea: & quã peccantibus sit amarus ac sceuus: & q̃ facile incusationi huius tanquã graui testimonio crediturus sit Demea: & quantũ doliturus super Aeschinum qui displiceat.

p Rob Dii immortales facinus. Hec scena fidẽ amici circa diffinitam maturitatẽ senilis orationis & accusationem eius quem ledere nolit ipse accusator cõtinet. Indignum facinus quod narras Getha: non ergo apud spectatores iterum fuerunt dicenda que dicta sunt. illud tamen admirãdum eiusmodi Egionis verba induci qualia esse debuerant tantũ perlaudati viri eiusdem Egionis ac Demee. Quid narras, mirãtis est nõ interrogãtis. O Aeschine pol haud paternum. Mira maturitas in qua nescias vtrum magis iniuriam illatã orbe virgini. An Aeschini peccasse plus dolet: seruatur enim in Egione quod vir bonꝰ sit & amicus. tam illiberale factum. id est non odisse cui succenseas: laudare homines: factum reprehendere.

Haud paternum istuc dedisti: deest facinus. & tu perfecisti: sed sic dicit̃ m re magna vt dabit ille runas arboribus. De psaltria hoc audiuit. sic errat Demea: vt intelligatur quantum debeat irasci in his que inopinata audiet. Videt psaltria hac audiuit: videlicet confirmatiuum est: vt videlicet videre licet: sic scilic& scire licet. ilicet: ire lic&. Is nihil pendit. is abundat: vt ī Heauton. Perii is mihi vt abibit plus paulo sua que narrat facinora ꝑ aut is pro ipse: subiectiuū pronomen minus q̄ finitum. Vtinam hic ꝓpe adesset. quasi nūc crediderit sibi dicenti: in ore ẽ omni populo. Haud sic auferent. quō accepimus: haud sic auferent an factum suum auferēt: sic aut si correxerint: culpam non silentium tacituros ipsos: vel ipsum quod factū est: & nisi. si non significat dicticon est. Que illis equum est. subauditur ad superiora per Syllepsim intellectū. Haud sic auferent. id est leniter abibunt vel subtrahent culpam. Haud sic auferent. Anilis & matura cōminatio & est sic dictum: demonstratio gestum cō times leuissime ac praue: immo magne significationis. In te spes omnis Egio. vt narratio non fuerit necessaria: ita preces interponende sunt. Tu es patronus: tu parens. patronus autem temporale nomen est defensoris: aut certe appellatio est per quam ostenditur q̄ illi vultus & obsequium debeatur. est enim nomen adaliquid. Parens autem veri amoris nomen est. & equali loco continet iuterpretationem. & vide q̄ vigilanter pœta quō simpliciter matronam de absente Egione loquentem induceret. Coluit nos dixit. Quom preterea seruus magnum veritatis indicium etiam supplex ad presentem loquitur: tu es patron9 inquit. Ille moriēs nos. tibi cōmendauit senex. seruus magnum veritatis indicium addidit dicēdo moriens. nemo enim moriēs non vera loquitur & vrgencia: vnde in iure vltima iudicia certiora sunt. Sic & alibi. Mihi in manum dat.

mors continuo ipsam occupat. Si tu deseris perimus. proprie quasi patrono: nam socius deficit: parens prodit: patronus deserit. Sic Salustius. Post defectionem sociorum & relatū: & vnius ob iram prodimur: & prodidisti & te & illam miseram: & gnatum qui quidem in te fuit. Plautus. Qui liberos habent eos deserunt. hinc & milites qui defensores patrie deberēt esse: desertores esse dicuntur. hec omnia magnam vim habēt: sed per singulas partes orationis considerentur in cōmouendum precibus Egionem. Et tu es patronus ab honesto. tu es parēs a iusto. Si tu deseris perimus. & huic rei maxime respondet: oratorieq; illū maxime cōmouit. Vt en ego victa situ: & vt pulsus ego alii perimus responsum putant. Satis pie posse. deest facere. Neque me satis pie posse arbitror. honesta locutio qua significat quicquid fecerit pro pietatis debito illi merito parum esse. Sensus autem hic. neq; faciā quod nefas est: vt vos deseram: nec hocipsū qđ facio satis pium est: pro tua necessitudine. & bene addidit satis: vt & sapiēs non tamen satis. Saluere Egionem plurimum ita prouidit Demea non prouisus est. quia non oportuit illum audire que loqueretur Egio: & ex illius iam verbis indignationem moueri. iubeo autem volo significat ab eo quod sequitur id quod precedit. non iubemus enim nisi quod voluerimus: & est Homericum Maior filius tuus Aeschinus. Artificiosa postulatio in qua statim Demea diceret: nihil ad se hanc querelam pertinere. quippe qui Ctesiphonem curare debeat: infertur causa cur nō dissimulet pater: quia filius qui maior est: quia Aeschinus si quid est in eo nomine caritatis quia fratri adoptiuus: quia bonus & liberalis: & contra hec quibus laudatus est fecit. Sed neque boni quasi id quod est velit quod esse debet. quia neq; liberali functus est officio viri boni. Querendum inter bonū & liberalem quid intersit.

An bonus est qui non nocet. Liberalis qui ecia pdest.
An bonus qui non peccat in facto :liberalis qui nec in
verbo. Quid ni. id est quid nam Quid
ni plus in se habet q noueram. nam quasi corripit du-
bitantem dicendo :quid ni: vt subaudiatur noueram.
Filiam eius virginem. vides quantum valet iniuria :
vel dignitas personaz qui non contentus facinore per
sonam credidit ante preponendam. Hei interiectio est
irati vehemēter. quippe qui aliud viciū audiebat pre-
ter crimina que sciebat. Quod est grauissimum. quia
illud graue. An quicquam est eciam amplius. amplio
quantitatis: nam ideo nondū eciam audis quod ē gra-
uissimum. Amplio: id est maius. Persuasit nox. amor.
vinum. Adolescencia. Plautus in bacchi. Quid hoc il-
lecebrosius fieri potest nox mulier. vinum hominibus
quid hoc illecebrosius homini adolescētulo: & hec om-
nia ab impulsionis parte dicūtur: non a raciocinationis
Ideo & persuasit dixit. nam instans persuasio impulsio
dicitur. Vt ipse. Dum in dubio est animus paulo mo-
mento huc atque illuc impellitur. Humanum nihil tan
dem ea sumptum cōsuetudine est quod non humanū:
& hoc dicere solemus vbi peccatum quidem non nega-
mus: sed tolerabile esse dicimus. Persuasit nox. amor.
vinum. Adolescencia. hec inferuntur vt mul
ta videātur. Vinum. plus dixit q videncia: vt tu nihil
nisi sapiencia es. Ille somnum proximum huic: & simi-
le est in Ecyra. cum virgine vna adolescens vt cubue-
rit plus potus se abstinere vt potuerit: non verisimile
dicis neq verum. Virgilius. Bacchus & ad culpā cau
sas dedit. Vbi scit factū. id est intelligit & sentit qd
supra future peccauerit. & quia qui ipulsione peccat:
non peccat raciocinatione. hic locus illi rei occurrit: cur
ergo tacuisti? Orans. obsecrās. orare est placidos pe-
tere. obsecrare iratos rogare. Venit ipse vltro lachri-
mans. Mire & ad matrem venit vltro lachrimans: ne-

qd leniter aut mollius mulier tulisse: aut prope pactionem iniisse videretur. Ignotum est tacitum. est creditum. Asyndeton vt solet per syntonomiam sic loquitur: vt imus: venimus: videmus. Ignotum est autem quod vltro venerat. & lachrimans ad tacitum est quod orabat: vt obsecrabatur ad creditum est quod est fidē dabat & iurabat. et honestius impsonaliter q̄ ignouimus & tacuimus. Ignotum autem quod vltro venerat. Virgo ex eo compressu grauida est. hec addidit ex viliore vsu in honesta paciencia virginis ad conceptum libido peruenerit. & preterea quia & hoc potuit dici ille qui dem viciauit virginem: sed quid si ex alio concepit postea que iam grauida facta est: iccirco & a vicio virginis tempus ostendit: vt cū facto racio conueniret. Ille bonus vir. Ironia indignantis in loco addita est verbis ardentibo. Ille bonus vir nobis psaltriam si diis placet & conclusio accusationis: & bonus vir ironia quidem est ab eo posita: qui īdignetur virum bonum esse debuisse qui non sit vt supra. Neq; boni neq; liberalis est functo officio. & simul considera quo nomine Aeschinum vocet virū appellans. s. qui vult eius cetera esse ꝓmissa: & qui illum iam pridem videri maritum velit. Nobis autem ex abundanti ad indignationem relatum est. Si diis placet. bene interpositum ad inuidiā. Si diis placet. s. per quos iuratum est. psaltriam nobis sic enim dicimus & est consuetudinis permulgate. Illam deserat. id est cui contrarium dum viuat obstrictus est. et deserat virginem. Procerton tu istec dicis. hoc ideo nō dicit: quia fidē non habeat narranti: sed quia mira sunt scelera. Mater virginis ī medio est. terribiliter satis in medio est: quasi retineri nō possit nec cohiberi quin rem probet. Et preterea cū argumentorum genera duo sunt non sic in rebus manifestis: hoc ergo sublatis super aliis dicendum est ī medio. nam lentius erat si diceret presto est virgo que in

Aeschinum reum testis & crimen est: & ideo addit. Res ipsa. id est pondus veteri exactis ad pariendū mē sibus. Preterea vt capt9 est seruulorum ad hec intelligamus aliter dici non inertem Socratē: aliter non inertem seruum: aliter nō malum Scipionem esse: aliter non malum seruum esse. Preterea vt captus: an captus quantum capitur animus seruulis tantum non malus neque iners Getha: an captus quemadmodum sepius aucupium in seruis habendis bonum euenit vt in captu auium vel piscium vel ferarum plurimum fortuna dominatur: & hoc ideo: quia seruum euenire bonū nō racione: aut natura: sed casu est: vtpote in re rarissima vt sic vt captus est seruorum: & euentus est in seruis suis. Captus est seruorum. id est vt se habet condicio seruorum Afranius in simulante: vt is seruorum captus est: facilime domo atque nostra familia prouendit Ego capt9 sortem intelligo. Non malus. id est fidelis Neque iners. id est artem habēs oratorie futurum testem & indicem laudat: sed ne improbe facere videat: parcius id facit. non enim dixit bonus & solers: sed qđ in seruo sufficit non malus neq; iners: & preferēdi Gethe hec maxime causa est: ne quod permittere videat in seruo pauperis atrocius fiat & simul vt hec
non contristet Cetham quem prius laudat dicturus hūc abduc vinci quere rem. Alit illas solus. duas hic res docet: & vnde bee viuant: quod testimonium pudicicie est & grauem testem posse esse Cetham. Solus i certa distinctio est solus: sed melius & solus omnē familiam sustentat: hoc verbo tenuis victus ostenditur quod bene frugi esse monstratur in fœminis. Hunc abduc vinci. quere rem nō multum permittit vtpote de alieno seruo adeo Getha plus de se largiretur: ipse tamen & tria posuit: vt multa videretur dicere. Hūc abduce. vt tu Voluse armari vulscorum edice maniplis. Nā postea. e. littera huiusmodi verbis aucta est. Hūc

abduce vinci. bono ordíe. & abduce ad hoc illud vt ne mo possit intercedere: & vinci ne solutus vt sciat si verum seruus accuset. Quere rem. latenter preter vincula eciam torméta significauit: nam hoc quere rem: pete rem veritatem significat: immo hercle extorque & bene ipse de se plus apertius q̃ largitur Extorque. multũ dixit non torque. sed extorque. torquemus enim hominem. extorquemus veritatem. Pudet. aduersus hoc dicit: & perturbatus Demea maioris erit ponderis. Pudet dictum. si me nec addas nec subaudias. Differor doloribꝰ. diuellor. discrutior. dilaceror. & proprie hoc genus querele conuenit parturienti & cui viscera distenduntur: & ei que inexpertũ dolorem nunc primum senciat. Iuno lucina. fer opem. bona procuratio poete. Vt & vox parturientis pro testimonio succedat ad inflammandum Demeam: & nota puellas: que in comedijs honeste sunt: & ex amore dicuntur: aut nullam in se scenam esse: aut rarissimã vocem. fer opem. partui. serua me obsecro parturientem Duas enim res poscit hec precatio nascentis & partu rientis salutem. Numnam illa queso parturit. illa. s. de qua sermo est. Quid enim opus fuerat nomine. illec fidem nunc vestram hec oratoria est. non enim vere rogat: sed videtur hoc facere & implorare est in malis positis cum ploratu aliquem rogare. Quod vos ius cogit: id volũtate artificioſe: ne totum simpliciter agendo diffidere cause videatur. Ius igitur legum intelligitur. Deos queso vt vobis decet. hoc ẽ dixit: non vt puelle vtile ẽ: sed vt vobis placet. Vobis decet. grece dixit & deest facere. Sin aliter animus est. officium amici exequitur in reddẽda causa: cur aduersarius futurꝰ sit. Ego Demea sũma vi defendam hanc. non dixit id quod est vos vlciscar. sed hãc defendam: atque illum mortuum. Idonea causa est aduersꝰ viuos querimoniã faciendo pro mortuo. s. quasi in iure

& officio suo locut9 sit: & exaggerauit culpam in Aeschinum qui videbatur i vno & eodem facinore viuos mortuosq; lesisse. Cognatus mihi erat. causa exposita iam agit Egio de persona sua vtq; recte faciat: vt quã personam inducit ostendat habiturus: cum amiciciarũ duo genera sunt. Vnum necessarium: id est propinquitas sanguinis. Alterum voluntarium: quo nobis etiam alienissimi coniunguntur. Mitionem sibi ac Demeam & viuos & voluntarios tantum amicos esse: simulum vero mortuum & non solum voluntate sed necessitate amicum fuisse coniunctum in qua re & illis nõ deerit & his purgatus. Sed & cognat9 mihi erat. vultu ad iuuat: quia a coniunctione incœptiua sumpsit exordium. Cognatus mihi erat. officia multa contra officiũ vnum Demee amici cie ac Micionis. Paupertatẽ vna pertulimus & quia magis coniungit malorum consorcium q̃ bonorum. Ita faciã experiar deniq; animam. sic dicit: ne dicat vindicabo: quod vult magis significatum esse q̃ dictũ: & ne ei diceret nihil poteris quod ad incipiendũ sufficit dixit. Experiar. animã relinquã: modestã cõtinuatio prius quod sibi possit conuenire dixit. quã quod passurus sit Aeschinus. Fratrem conueniam Egio. vultuose pronunciãdum quod addidit Egio. quasi dicit: res in manu fratris est constituta non mea. Quid mihi respondes. respõdere proprie dicitur cum lis intenditur. Respondere enim est priorem alloqui. quasi respondere verba fundere. Vt funditq; has ore querelas. Respondere. posteriore loco dicere. Sed Demea hoc tu facito supra habite cõminationis. Quam vos facilime agitis. vt & supra facilem victum paret: & vide q̃ oratorie laudis sumpserit argumẽta suadende. Aequo animo equa nosce oportet. bene dixit equo animo: quia potẽtior & fortior contra naturam est equitas. Redito. prosequebatur ad eundũ quemadmodũ apparet ex verbis. De-

cet te facere sollicita. o bsequela Egionis vltima in loquendo ostendit impotentiorem personam contra Aeschinum quo magis gaudium crescit comedie: quando tali ac tanto pauperior puella: sed tamen cupita iungetur. Non me indicente. quia dixerat ipse senciet posterius. & nimis dura compositio est: sed apta irascenti. Vtinam hoc modo sit defunctum. vtinam desperandi vim habet. Hoc id est negociū. i. in raptum virginis. Defunctum finitū. i. vt non peiora cōmittat. Defunctum. finitum: id est ne vlterius peccet Aeschin9. Nimia illec licencia. quam illi dat Micio. Profecto euadet per ardua & interrupta veniet. Hoc euomam. non effundam: sed euomam: vtpote que me egrum faciunt quibus me leuabo cum languor ille & egestus sit. nam euomam hoc translatione significat.

b ONO animo fac sis Sostrata. Hii sex vers9 in quibusdam non feruntur. In hac scena iam videtur locute Sostrate Egio respōdere. potest tamen & ipse incipere tanquam qui & rem nouerit: & merore eius moueatur. Bono animo fac sis Sostrata: meminisse debemus quod dixit. Duc me intro ad Sostratam. et quod intro in proscenio est non post scenam. nam aliud significat eamus intro: vbi dicitur intus despondebitur: intus transigetur: si quid est quod restet. illud enim interius agitur extra omne proscenium. Fac sis Sostrata. sis honorifice addit verbo ne quod imperatiuo modo pronūciat superbum. deductum est autem a senatuconsulto formulare vbi aliquid consulibus adiungit addit si eis videatur. Et istā quod potes. quia vox ipsa tristis & circa tristem filiā quod potes dixit. Fac. consolare duas res dixit. quas & ordine locutus est: & tu bonum habe animum ingt: & filiam fac habere. Ego Mitionem. quia Demeam iam vidit. Si est facturus officium. hoc dicendo pro

mittit eum esse facturum. nam facile est vnumquemq; suo officio fungi. Vt quid agam q̄primum mature neque comminatur: neque segnem ostendit se fore.

IN Patrem hinc abiisse rus. Hic ostenditur timiditas boni adolescētuli: & verti se ad peccandum ex delicti cōscientia & reuerēcia parentis aperiet vt est mos verorum patrum circa filios Syro Demeā describente. Ain patrē hinc abiisse rus? compendio ostenditur quid sit iam locuturus Syrus. Nunc autem maxime operis facere credo vide quasi verborum Syri esse de opere loqui: sic enim dicit & Demea: sed illud falso boc serio. Vtinam quidem apud villam sit subaudiendum: & distinguēdum antequam inferatur quod sequitur. Quod cum salute eius fiat. hoc est non odisse patrem: sed timere ex proprio delicto: seruat enī in eo & amor filii & amoris affectus. Vt triduo hoc perpetuo quantū sufficiat amori. etenī nō op9 erat ppetuo dicere si triduū dixisset &. Et istoc si quid potis est rectius. deest addi. nā si mortē significaret non conueniret adolescētem ita dicere. videt enī plus tēporis optasse langori. Nā hunc diem misere nimis cupio moriatur. s. & adhuc aduersus seruum debet dicere ne īdecorū adolescētis psone sit hec ita dixisse quāuis eiusmodi adolescentes inducant Comici. vt Neuius in Tribaselo deos queso vt adimāt & patrē & matrē meos. Misere nimis cupio. nimis abundat more comicorū: qui hoc dicto assēuationē inculcabāt. Cupio vt cœpi ppetuū in leticiā degere: qui & supī ita queso quādo bene succesīt hilarē hūc sumam9 diē: & illud rus nulla alia causa tā male odi. mire ostēdit omnia ex delictis īprauū verti adeo vt miserā putet adolescens suburbanā villā qua re ceteri delectant. illud ergo tanquā cū detestatione dixit: & male & nimis misere: nam nimiū & malū miserūq; est secundū illā sentenciā: vt nequid nimis. Quod si abesset lōgi9.

a

amori magis q̄ rei consulit adolescens. Iam huc recurret. mire de sene recurret dixit: vt eius instanciā demōstraret. Nihil ne in mente ē. sic hoc accipiendū est: vt adolescēti libero malicia putem⁹ non sapiencia de esse ī hac re adeo magister est seruus. Tanto nequior. sic hoc dictū est vt ecōtrario dicim⁹ tā to melior. Nūquā quicquā. parescon. p nunc̄ id est nō. Cliens. amicus. bospes. nemo ē. vide magistrū ad nequicia: vt simplici adolescenti mentiendi viā demōstret: & honestū tentet afferre argumentū ad mēdaciū ꝓpter clientē. Amicū aut bospitē in vrbe cessare visū: qd tamen nec sic intelligit rudis ac rusticus adolescens. Cliens. amicus. bospes. nemo ē vobis. mire sic ī terrogauit vt qui agrestes inhumanosc̄ reprehēdat & insociabiles aliis ꝓpter asperitatē rustici sens. Laudarier te audit libēter. qd a Demea dicit in omnes parentes dici putat: nā nemo tā asper est pater vt nō statim miteſcat lauda to filio. Virtutes narro. non dixit elegantē indolē: sed virtutes. sūt autē pfecti sapiētis: vel diui alicuius: & bā cū stupore respōdet meas: ostendēs q̄ nulle essent. Que non data sit. nō potest fieri a superiore subaudiē veniat in mentē: id est cogita dari potuisse & datā dicit. Que nō data sit. hic de facto questio est in qua qui dā disputāt quedā tūc ipossibilia ītelligi qñ facta sint cū autē nō fiūt nō modo nō fieri: sed nec possibilia qui dem esse dicēda: qui loc⁹ dicit. Potest iterum subaudiē vt data sit velut credaē data. Interdius. bene quia amatori maxime noctu op⁹ ē. Vah q̄ vellē eciam noctu. hoc vtriusc̄ pſone cōuenit: sed meli⁹ a Syro & facetius dicit: & quādā totū Cteſipboni assignāt absc̄ interdius: & q̄ vellē ꝓprie dicim⁹ in his que nō vide mus fieri. bene igit deficiēte argumēto cū aliud nō in ueniret ī vota cōuers⁹ est: vñ videnē magis hec verba Cteſipbonis esse. Calleo: callide scio. cū seruit maxime tercia coniugatione dixit: vt efferuere dicit correpta

media syllaba: quō mirarē qui timet eū quē iste cōtemnit. Meas tuas cum gestu pronunciare debemus vt intelligatur irrisio. Quasi puero gaudio: deest pre vt sit pre gaudio. Lupus in fabula. Silencii inductio est in hoc puerbio atq; eiusmodi silēcio vel ī ipso verbo vt ipsa fabula cōticescat. Q̄ lupū vidisse homines dicimus. qui repēte obmutuerūt: qđ fere iis euenit quos prior viderit lup9: vt cū cogitatione ī qua fuerint ecīa voce & verbis careant. Sic Theocritus et Virgili9 Vox q̄ mœrin iā fugit ipsa: lupi mœrin videre priorē. Alii putāt ex nutricū fabulis natos pueros ludificatos terrore lupi paulatim capna veniētis vsq; ad limen cubiculi: nā falsū est qđ dicit̄ intueniſſe lupū neuiane fabule alimonio Remi & Romuli dū in theatro agerenē Fuge modo intro. nō dixit: id est vel abi vel vade: sed fuge tanta celeritate opus ē. Si qđ rogabit nusquā tu me magna virtute. Terētius rudē: simplicē timidūq; īducit Ctesiphonē ab inicio vt is sit qui mox opprimetur cū meretrice accūbens īteruētu patris ob īprudēcīā & rusticitatē suā. Nusquā tu me. familiaris eclipsis & apta ꝓperāti: quare hec omnia oppressa voce cū celeritate ꝓnuncianda sunt.

n AE Ego infelix homo sū. In hoc actu exēplū ē: neminē facili9 q̄ optimū quēq; falli atq; deludi. vt Virgili9. et ne valde significat. vt ne illi vehemēter errāt. Cicero in Catilinā. Ne ego sū homo infelix. vide iniciū conuenies ꝓpetuo mœrori Demee p totā fabulā aut disperii dicit: aut defess9 sū: aut aliquid tale semp quo querarē: ita tū vt cū augmēto sit miseria quocienscūq; pcesserit. nā plus ē qđ nūc dixit. Ne ego sū q̄ disperii. Nusquā inuenio gentiū: abundat gentiū A villa mercenarium vidi. sapiētissime Terētius: & si ꝓxima villa ē necessario Senē ad reliquos act9 fabule noluit ab vrbe discedere pſone senilis memor. nā & arduū fuerat dū redit & cruciabile ne fatigatio eius in

tragœdiã trãſiliret. Recte igit̃ inuenit a mercenario ĩ vrbe narratũ ruri nõ eſſe Cteſiphonẽ: aut vbi ꝑſona ẽ adoleſcẽtis: & ꝓficiſcit̃ ad villã: & cõtinuo redit. vt in Eunu. Phedria Et a villa. vtrũ a pro de poſitũ eſt vt ſit de villa: an deeſt veniſſe vt ſit: a villa vidi veni ſſe mercenariũ. Nec qd agã ſcio. vtrũ fratrẽ an filiũ magis querã. nã ſenex querul9 tria dicit eſſe incõmoda ſi bi ꝙ fratrẽ nõ inueniat: ꝙ Cteſipho ruri nõ ſit: ꝙ vtrũ in vrbe maneat: an ad villã abeat ipſe neſciat. Verum. modo verũ nomẽ non ẽ: ſ aduerbiũ. id eſt vere. Perii quin tu bono animo es. hec Cteſiphonis ꝑturbatio hac tẽdit poete arte vt deꝓhendat̃ cũ amica filius repẽte ĩgreſſo ſene. nũc quin ꝓ quinimo poſitũ eſt. Quid hoc malũ infelicitatis. abũdat malũ. Quid hoc malũ infelicitatis: deeſt deteſtor. Quid hoc infelicitatis ſit nequeo diſcernere. hic autẽ malũ ꝓ intiectione poſitum & ẽ dictũ quaſi o malũ: & ẽ dictũ anxii homis & ꝑturbati nimis. Niſi me credo. ꝓ niſi qa iã ſupeſt vt ne credã: hic enĩ ſenſus ẽ: in huiuſmodi locutione niſi me credo huic eſſe natũ: niſi me noua locucio ꝓ niſi qa credo. & huic rei poteſt ſubtrahi ĩcolumi ſenſu: vt niſi me credo natũ eẽ ferẽdis miſerius: ergo huic rei ſubdiſtinguẽdũ & ſic ĩferendũ ferẽdis miſeriis ergo huic rei ꝓ ad hãc rẽ. Primus Prim9 ſencio mala. ridiculum errori Demee. & prim9 ad ordinẽ: ſol9 ad numerũ dicit. Primus porro obnũtio. qui malã rẽ nũciat obnunciat: qui bonã annũciat. nã ꝓprie oba ũciare dicunt̃ augures qui aliqd mali ominis ſerũq; viderint. ergo obnuncio malũ imminẽs quaſi omen nuncio. inde enĩ etimologia huiuſce verbi ẽ. Aegre ſol9 ſi qd eſt fero prave. ſ. is ſol9 neſcit omnia: & bene ſol9: vtpote de multis: quia cũ ſciat Micio Syrus Aeſchin9 Cteſipho popul9 hic ſolus fallitur. Si forte frater redierit viſo ꝓ ſi rediit. Intro ſe irruat prorſus: neutrũ verbum quaſi actiuũ vt ſe irruat ꝓrſus. Vide ne ille huc iã metuitur:

qđ futurũ est: & qu ō neutrũ sit irruat noue ĩtulit se: ꝫ quasi preterea sic dixit irruat de eo qui tanq̃ purgatu rus sit. vt in Eunucho. q̃ mox irruim9. aut tanquã de sue. u. f. vt Horacius. hec lutulenta ruit sus. v. e. i. & Vir. Ipse ruit dẽtesq̃. s. e. s. Et iã taces. antique ꝓ ta- ce. sic ĩ Andria. Et iã tu hoc respõdes: ꝓ respõde. Est ergo arreptius significatũ. Hodie ego istuc cõmittã ti bi. qđ ago id est cõplexũ mulieris. Nã me iã in cellam aliquã cũ illa ɔcludã. id egit stulte adolescẽs vt ibi de- ꝑhendat̃ vbi cõclus9 ẽ: ꝫ sic ipse egit: vt possit subterfu gere nõ deꝑhens9 conspectũ patris. In cellã aliquã cũ illa. legit̃ figuratiue: vt dicim9 in locũ: ꝓ in loco: ĩ cel lã cõcludã: non in cella ait: mire vt reclusũ totũq̃ locũ subiret cellã. s. quã ob ea que ĩ ipsa celant̃ clausam eẽ cõueniet: nam & cella & cellariũ a reponẽdis celãdisq̃ rebɔ esculãdis & poculãdis dicit̃. Age tñ hũc ego amo uebo. mire amouebo dixit: nõ deterebo: nã ꝓprie amo uet̃ saxum de loco: in quo verbo significat ĩminere sibi magnũ laborẽ in hoc opere: & vide auxesim sup̃ vt pe cudẽ abigã hũc rus dixit: modo ut saxũ amouebo inqt Nõ hercle hic quidẽ durare quisquã si sic fit potest. ni mis moraliter expressa verba sũt serui verberatũ se in dicãtis. Quis nõ ex verbis seruũ verberatũ intelligat: & seruũ recẽter verberatũ: & seruũ fugã cõminantẽ. Mire autẽ nõ ego: ꝫ quisquã dixit: nec ꝑmanere ꝫ du- rare. nã hoc verbũ ꝑferẽdis malis cõuenit. vt Virgili9 Durate & vosmet rebɔ seruate secũdis. hec omnia sic dixit quasi nõ videat Demeã. Quod sũt mihi domini. & hic apparet non a legitimo domino verberatũ esse. Que hec ẽ miseria? deest quã pacior: & quasi cõplora cio quedã flebilis post q̃relas. Quod ille gãnit? gãnit ẽ ꝓprie veluti plorat9 vapulantiũ. Quod malũ. hic ma lũ ꝓ intiectione abũdat. Ctesipho me pugnis miserũ: & istã psaltriã vsq̃ occidit. mire interiecit miserũ: & necessario vsq̃ ad mortẽ addidit. vt ostẽderet occidit

nimie cedis verbū: nūc occisionis ītelligi oportere. Vſq; occidit. prope occidit: aut vſq; p valde ē: occidit p vehementer cecidit: nā occidere & ꝓoccidere ad cedē referebanē apud veteres. Vſq; occidit. nūc enī occisus loquiē. Hem vide vt discidit labrū. nō ostēdit: ſ videē ostēdere ſeni parū iā videti & ītra os. Hē vide vt discidit labrū. Aſper mediā longā a cedēdo accipit: ego me diā breuē a ſcindēdo. Nō tu rus eū pduiſſe aiebas. mire Terētius ſeipſos qui fallūt ex aliq; pte cautos facit vt eo delectabiliꝰ ſpectatoribꝰ pceđāt doli: nanq; gracia ē aut delectacio eſt: nō ſtultiſſimū falli. Nō tu rus eū. p. a. memorit ſenex nō ſolū qđ dixerit Syrus paulo ante: ſ quibꝰ verbis dixerit refert: nā ſic dixerat. Quē egomet pduxi. Verū venit poſt inſaniēs. nūc pduxit iratū admodū: nūc nō iratū predicat: ſ iſanū. Nihil pepcit. vt ſuꝑ nihil reticuit: ſic dicimꝰ ī hiis que poſt expectationē geſta ſūt. Verberare hominē ſenem miſerū. fit de etate id qđ de ꝺdicione nō poterat. Quē ego mō puerū. addidit etati inuidiā & meritū recēs. hoc ē enī qđ dicit modo & tantillū dicticon ē. videtur enī inane fingere quem puulū. Laudo te Cteſipho patriſſas. facile iducꝰ ē ſenex varietate fraudis & doli. nā Syrꝰ vt ſuꝑ vt laudās nō vt vituperās Cteſiphonē & nunc vt accuſans idē pficit: atq; pſuadet. Patriſſas auxeſis: nā vt ſuꝑ dixerat ſpero ē ſimilis maiorū ſuoꝝ. hic cōfirmat qđ ſperare ſe dixerat: & virū te iudico inquit nō adoleſcētulū: hoc enī ad etatē & ꝓbitatē: non ad ſexū referē. Patriſſas autē quā bene inuentū ſit inanem ſe dicere. nōne videē ibi ſtultiſſimꝰ cū huiuſmodi laude nō modo ſe nō laudare vellet quod odio ſū eſt eciā filiū apud intelligētes vituparе videē: ſiquidem eciā filiū hic ſtultꝰ: ſ eciā ille quia patriſſas inqt. Patriſſas tā ſecurꝰ ē vt ſe laudet: & abi addidit: quaſi dicat. non ē qđ iā demorer pfectꝰ ē. Laudo te Cteſipho hic totꝰ verſus mire doloſū oſtēdit ſenē. Ne ille cōtine

bit posthac si sapiat manus. comminatio est subtilis: & parcior velut serui. Per quã nimis. Ironia. Et me seruulũ. oratorie nõ seruũ: ꝙ seruulũ quõ sit senex. Nõ audebã. nõ poterã. Hui pfortiter. hoc gestu seruili & nimis leuiori psonꝫ grue dictũ est. Nõ potuit meliꝰ. id ẽ laudo te Ctesipho: & deest fieri. Idem qđ ego. id est patrissas: virũ te iudico. Sed est ne frater intꝰ respondẽs. vt nõ sit respõdit: verũ hodie nunq̃ mõstrabo. Volens senẽ auidiꝰ q̃rere q̃ hic ardor semp paratissimus credẽtes eciã fallis ẽ fingit se nolle dicere. Hodie autem. aut abũdat. Vt Nunquã omnes hodie moriemur multi. aut nunq̃ hodie. p nullo tpe huiꝰ dici: quia nũquã p se generale ẽ. Diminuet tibi iã cerebrũ quidẽ cõminationis genꝰ verba ipsa ĩdicãt: vt appareat senẽ baculũ substulisse. At nomẽ nescio illiꝰ homis: ꝙ locũ noui vbi sit: recte q̃si hominẽ diceret nõ erraturꝰ a gta psona homis: & vbi habitet cogito: si notꝰ esset ignotꝰ nulla causa q̃rendi supesset. Dic ergo locũ. dic ergo: q̃si inuitũ coegerit: ergo semp addimꝰ vt hõtemur tarde id faciẽtes. vt Virgi. Ergo age care pater. c. i. n. Nostin porticum apud macellũ. ꝺuenit rustico in vrbe nescire: & ideo sic ĩterrogat a seruo. Hic deorsũ quia non ẽ vnũ. Hac recte. ꝓprie hac parte: vt manu viam ostẽdere videat. Quid ni norim. correptiue qđ ni: pro qđ nisi: etenim quãuis rusticꝰ tamen ẽ ciuis. Demea. Vbi eo veneris deorsũ. versũ hac te ꝓcipitato: cito descẽde ad hãc manũ dicit ĩ quo nõ ꝑman & certũ dextrũ: nec certũ sinistrũ: & ideo ꝓficit in errorẽ: vult enĩ seruus hec signa esse pplexa. & Sacellum. vt Varro ait sacra cella ẽ. Propter. ꝓpe. vt Vir. Templũ de marmore ponã ꝓpter aquã. Et Lucreciꝰ. Propter aque riuũ sub ramis arboris alte. Vbi eciã Caprificus magna ẽ. In hoc Homerũ imitatꝰ ẽ qui dicit. Caprificũ ꝓpe Troiana mœnia constitutã. Hac pgito. nõ ito ꝙ quia longũ est pgito. Id quidẽ angiportũ. id est an-

gusta et curua via: q̃si angi port9: vt angitia: aut angui
cia. Alii qđ inter port9 sit loc9 angust9. hoc ẽ int̃ do-
mos: vel portus vel ĩsulas veteres dixerũt: & obserua
Terẽtianã ɔsuetudinem: in qua ĩducit nihil sapere eos
qui fallunt̃. Censen me hominẽ esse erraui. Calliditas
ẽ maxime dep̃hensũ mẽdaciũ nõ defendere: ꝑ fateri:
vt opinionẽ simplicitatis acquirat. vides igit̃ vt ipse si
bi succẽseat tanq̃ imprudẽs errauerit: nõ dolos9 ĩpule-
rit ĩterrogantẽ. & mire se negat hominẽ: tanq̃ homo
corde sit nõ corpore. Sane hac multo ꝓpius ibis. quasi
errasse ꝓfuerit illa via: & sane ꝓ satis: ac valde: qui sa
nus ẽ: idẽ & valid9. Minor est erratio. erratio ẽ pecu-
dũ. Error animi ẽ & loci ĩ quo errat̃. Cratini hui9 di-
tis edes. ɔgrue nomẽ inuenit diuitis. Cratini
.i. a potẽcia. Ad sinistrã hac. deest ito: figura eclipsis.
Vbi ad Diane veneris. sic absolute dicebat: non addito
tẽplo. Sal̃. Ad Iouis mãdem nostra. Priusquã ad por
tã venias. portã dicẽdo ostẽdit vsq; ad muros finẽq; ci
uitatis erraturũ. porta autẽ ab aratro portãdo dicta ẽ
q̃ ĩ eo loco colonie auctor & cõditor subiunctis vacca
& tauro aratrũ quo orbẽ designat: suspẽdit manu: ne ĩ
primat sulco vbi ciuitatis adit9 relinquẽdi sũt. Apud
ipsũ lacũ. credibilit̃ addidit lacũ. nã Varro docet sem
per lacũ portis additũ: ꝑ ob vsũ iumẽtoꝝ exentiũ & ĩ
troeuntiũ: vt p̃terea & aduersũ hostilẽ ignẽ portis de
ꝓximo subueniret̃. Est pistrilla. veteres absolute dice
bãt pistrinã: vt sutrinã: & medicinã ad tabernã referẽ
tes. nã pistrino pistrina nõ ɔuenit: & simulata diminu
tiua diuersa sunt a genere nomina prima & positionis
veterana: vt ẽ in hiis Scutũ: scutella. Canis: canicula.
Lectulos ĩ sole illigneis pedibꝰ faciũdos dedit: in vrbe
ɔuiuiũ aut ĩ sole aut ĩ vmbra ꝓ ɔdicione tẽporis ĩstrue
bat̃. repẽte igit̃ int̃rogat9 qđ minime opinabat̃ quesi-
turũ senẽ arripuit statĩ lectulos. & qa potuit senex di
cere mẽtiris nõ habet lectulos: addidi ex tpe ĩ sole: &

Vnq̃ ita quisq̃ bene subducta ratiõe. In hac scena exemplum inducitur hominum q virtutem tedio deserunt ob contemptum eius quod apud omnes seuum esse vitiosum sit: & adeo fauet Terencius clemẽtioribus ac mitissimis patribus vt hunc quoq; adducat ad sententiam mitionis non tamen hoc sentientem qđ ita fieri oportet: sed qđ ita res cogat: vult enim naturalem inesse veris patribus acrimoniã: sed eam semper inuidiosam esse adolescentibus. Bene subducta ratione. bene disposita: bene cõputata: ducere est digitis cõputare: seducere ẽ quẽ apud alium & palam deducere: sed subducere ẽ apud seipsũ & secreto deducere: quo magis ĩ verbo isto maioris attentionis & diligentis signũ est. Quin res. qn modo cur non significat. Quin res: ætas: vsus tria posuit ex qbus. res ꝓ experientia ponitur: & hoc dicit se esse mutatum: nam mox dicet re ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius nec clementia. Aliquid moneat. Sylepsis est per casus: & subauditur enim quem Que tibi putaris prima vt alias eligenda: que & prĩo loco ponenda ac per hoc optima. Vitam duram quam vixi. Archaismos vt Lucillius magnam pugnauimus pugnam. Nam ego vitam duram quã vixi vsq; adhuc Prius dixit quid faciat q̃ cur faciat: prope iam excurso spatio id est ad calcem misso propter ipsos decursus metasq; viuẽdi: & est methaphora sumpta a cursoribꝰ Excurso spacio idest insũma senectute. Id q̃obrem. re ipsa reperi quia secum loquitur ideo multa recitet de est faciam: & si quis queret & dicat facilitate. Iam facile se infert. Inter facilitatem & clementiã hoc interẽ facilis enim cuius ira cito soluitur. Clemẽs qui nõ ira scitur. Ille suam semp egit vitam. Hic iam quasi compatiua q̃litas inducitur de vtroq;: & vt ille in initio fabule locutus est sic in fine ħ loquit̃. Clemens placidus nulli ledere. mira varietas & in locis & in partibꝰ ora

tionis:& clemẽs est qui colit mentem suã:nec eam vexat irascendo. Nulli ledere os arridere omnibus. voluptatis affectꝰ est duplex aut enim ex quiete voluptas est aut ex aliqua actu. ergo hic vtrũqꝫ complexus ẽ id est nullum presentẽ ledere:& vide q̃ grece a nomĩbus verba transeant. Clemens:placidus. clemens est circa recte agentes:placidus etiam circa delinquẽtes:& clementis est nulli ledere os placidi arridere omnibus & clemens animo:placidus vultu. Et nulli ledẽ os. adeo vt nulli se contristem faciat & hec est figura

cum recurrimus per ea que diximus

omnia repetita sunt. Ego ille agrestis bene addidit ille quasi iam notus ĩ hoc ipso quod ferus atqꝫ agrestis:& seuus factus est. tristis animo:truculentus vultu:& alter dici potest vt tristis sit q dolet:truculentus qui terret:& ideo Auxesis mira p ista decurrit. Duxi vxorẽ. pẽdet duxi vxorem:sed & eũ magno significatu addendum enim est:maiore enim pondere & subtrahitur enim coniunctio nam duxi etiam vxorẽ dicendum fuit. Quam ibi miseram vidi. ibi inquit qua vxor locus sit & hoc sine coniũctione:vt mala que enumerat multa videantur. Alia cura. non altera. Patria potitur cõmoda. accusatiuo casu extulit quod nos ablatiuo dicimus. i. patrio potitur cõmodo. Actius in clytemnestra feras potiuntur plagas. Illũ diligũt. apud illum sũt ambo ego desertus sũ. hic ostendit Terenciꝰ verum patrem & molestiorem & odiosum esse magis adolescentibo. Illũ vt viuat optat. Syleplis. Nã sic veteres loquebanꝫ: nos vero dicimus illi optant. nõ illũ optant Illũ Mitionem nũc experiamur:magis comice pꝛaliter experiamur dixit q̃si diceret experiar. Quando huc ꝓuocat. non addit qs:sed intelligimus Mitionem significari. Si id dando:vt obsequendo. bene naturam secutus est:qui artem ignorat putãs agi veris omnia deberi non agi dando & obsequendo. Si id fit

id est iam a liberis si magniperdor. Non posterioris fe
ram, subauditur partes: aut nō paruifaciam: idem nō
vincar a Mitione: & translatio est a partibo histrionū
in fabula. Non posterioris feram primus ī his vero in
quit ne dando atq; obsequēdo. Deerit id mea minime
refert videre: remouere ī Demeam non pœnitus cun
ctam securitatem. Ne abeas longius, hic ostendit poe
ta q̄ absurde blandus conetur esse qui non soleat & q̄
modica sit repentina largitas: vbi animus a parcitate
nimia incontrarium vitiū ꝓfusionis excurrerit. Heus
Demea rogat frater ne abeas longius, vt apparet iam
edormiuit crapulam Syrus: & satis moralit dixit fra
ter: nec addit tuus: deest tuꝰ. O Syre noster salue qd
fit, iam non hec blanda sed dura sūt: nam salue dixit ei
non solum quem sepe viderit: sed cum quo totiens liti
gauerit: & quid fit: & quid agitur interrogat cum sci
at: hic quasi spernat actus eius bene respondit: I e enī
interrogationes de salute atq; incolumitate eius sūt q
interrogatur. Hec tria, deest verba. Preter naturam
dixit: quasi diceret: preter
cōsuetudinem. Optime est: iam iā nūc hec tria primū
addidi preter naturam: o noster quid fit: quid agitur
hoc pressius dictum est. Seruum haud illiberalem du
ra & importuna repente commutacio ex tanta vitupe
ratione in laudem syri ostendit cōtra naturam suā niti
Demeam, prebes te ī re ostendis, factis probas. Et ti
bi lubēs bene faxim, & bene ad quā rem adiectum est
an & bene hoc addidit. Quis enī credat tā subitis post
seuiciam blandimentis: misi factis queq; vera esse ostē
dantur. Et tibi lubens bene faxim, & additum est vt
ostendat hanc esse sententiam non solum te laudo: sed
etiam iuuo illud dicendo: hoc faciendo. Et tu lubēs be
ne: f. potest hoc & sic intelligi bene tibi faxim & lubēs
Multi enim bene: sed non animo faciunt, omnia er
go addidit que placidū ostendant ipsum atq; clementē

Atqui Syre. atq; abundat per parelcon. Syre assue-
ratio est non credentis. Hoc verum ẽ. quasi falsum fue
rit illud quod iurgabat. & hoc sit verum quod nũc di
cit. Prope diem.
Nam aduerbium est temporis: vt si diceret Cito

b ERA ego hinc ad hos prouisam: ad hos ad
Mitionem: & Aeschinũ s. Prouiso duas res
significat: procedo & video. Sed eccũ. hoc
apud se. Ho qui vocare. hac iteriectiõe vtimur vbi ex
interuallo notos videmus. Oh qui vocare post ho. no-
mine vocaturus non habuit quod diceret: & ideo sub-
iecit qui vocare. Virgi. O q̃m te memorem virgo n. h
t. u. m. o. d. c. An phœbi soror. an. n. s. vna. Moris est
autem inferiorem proprio nomĩe vocari: si blandiri ve
lis: sed hic nominis oblit9: dum dubitat & inquirit in
hesit pronomini. Animo meo. hoc est secundum animi
mei sententiam: & quantum ad animum ptinet. Nam
is mihi est profecto seruus in hoc laudando quia non
laborat subiecit specialiter merita eius: aut vt existio
nihil habuit qđ diceret nisi laudem sine vllius facti mẽ
tione. Mihi id est. quãtum adiudicium meum ptinet
Cui dominus cure est. cum hic dominas habeat domi
num dixit: quia preualet masculinum. Virgi. Descen
do hac ducẽte deo flamas inter & hostias expedior: &
preterea sententia generalis inducitur: cum nullũ spe
cialiter dominum significat. Ita vt tibi sensi Geta ma-
ximum delinimentum infert eum nomine vocans qđ
tantum superioribꝰ est: & vide q̃ grate postq̃ ipse di-
xit nomĩe appellauit Getam. Et tibi obeam rem si qđ
vsus venerit. & tibi si quid. Vtrum quẽadmodũ alius
an quemadmodum Syro. Et tibi obeam rem. s. q. u. u
defectus quidam rustici est. preter naturam blandien
tis cogi dicta repetere sine gratia. he autem promissio
nes ad hoc pmittuntur vt cũ in subiectis agi a Demea

huiusmodi res cœperit non sit absurdum spectatoribꝰ Demeam tam cito esse mutatum. Meditor esse affabilis, sic hoc locutus: vt illud supra iam nũc tria hec addidi preter naturam: o noster. q. f. q. a. f. Paulatim plebem. moraliter inferiorem turbam plebem dixit. i. vt in vrbe vulgus ita in familia seruos: & fit trãslatio abbis qui honores dolose: ac non pro merito petunt ambitiosq; sũt plebem primulum facio meam: hoc est mihi fauentem: & econtrario Virgi. Vadimus immixti danais haud numine nostro

o CCIDVNT me quidẽ adolescẽtes ex Demea inter se affabiles imaginem prebent: & q̃ dulcis sit iunioribus assentatio: & q̃m ingrata censura dixit. Occidunt me pro nimis ledunt & cruciant. Dum nimis sanctas nupcias: & nimis & sanctas ridicule additum est i ea decenda que iam peperit: nam sanctum ẽ quod omni obseruatione inuiolatum est: & bene additum est nimis: qa nimium pro vitio ponitur: iuxta illam sententiam: vt ne quid nimis. Occidunt me quidem. quid est: pro expectatione est tanq; in hac mora nullꝰ alius occidat nisi qui amat. i. ego. Quid agitur Aeschine. iã ipse docuit quid fit: & quid agitur blandimentum esse: vt ipse iam nũc hec tria p. a. p. n. o. n. q. f. q. a Hem pa. nõ sine consternatione respondet Aeschinus: & sic blande interrogat & miti vultu: nam & in prouiso obiectus ẽ Demea & insperanti. Tuꝰ hercle vero & animo & natura pater. totum eripuit Mitioni cui nec animum q dem reliquit. Qui te amat plusq; hoc̃e oculos. magis comicum: quem amo. Sed cur non domũ vxorẽ qso ac certis. bene subiecit que volenti esse credebat. Verum hoc mihi mora est. Tibicina & Hymeneum hoc est qd ait nimis sanctas nupcias student facere. Hymeneum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse: qui pri-

mus certas nupcias instituerit ideo p laudem cātatur virginalibus nupciis ab huiusmodi meritū. Alii virum fortē Atticum dicūt fuisse: qui raptas predonibo virgines oppressis latronibus intactas patrie restituerit: Alii quod Hymen dicatur membrana quedam qua est munita virginitas que primo disrūpitur coitu Hymeneum putant Alii hymnū vocari virginaliū nupciarū ergo sic accipe Hymeneum in nupciis quemadmodum in funere vel in sacris hymnū. Vin tu huic seni auscultare? Seni contemnens seipsum dicit de hoc solum asserens cause cur audiēdū sit: quod sit senex: & totum hoc apparet letissimo vultu dici. Turpas lampadas Tibicinas: bene totum pluraliter: vt qui sic reprehendit multa. Plaut9. Quid tu mihi paralitos lusos quod suma nos summasse: hoc igit̄ vult u ꝓnunciada sunt: vt appareat ea displicere dicēti. Atq; hanc in horto maceriam iube dirui. Maceries dicitur paries: nunc alicuius demacerata. Euge iam lepidus vocor apparet Demeam experiendi causa assentari non quod animo facit. Fratri edes fient pulcre. elegantiꝰ q̄ fratris. Ineo gratiam. m gratiam eo: hoc est amicos comparo Ego lepidus. irridens adolescētis animū sic inquit. Iube nunc. iam insultantis est verbū: iube tanq; prestet Mitioni hoc dicit Demea: aut apud se dicit hoc iubemus quasi insultātes diceres demus hūc minari: hunc assistere quem afflictum tenemus: ita & Mitioni Demea dicit iube nunc. Iube nunc iam dinumeret ille Babilio vigiti minas. Mimis morale quoꝝ de absente tanq; de presente agimus. Est autem iube nunc iam figura etiam apud Plautum frequētissima iube nūc: iam iube sic dicit quēadmodū supra illic cui equū alius nemo addesset alicui diceret. Dinumeret. dinumeret dixit: quasi multum denumeret. Illi. cui: illi Ctesipboni: Lenoni: an Aeschino: an Syro. Babilio: an fratrem babilonem liberalitatem ob nimiam vocet:

an Aeschinū nimis prodigū. Syre cessas introire ac fa
cere dicitur.
Dirue. hoc vultu dicitur abhortāte cū tute video no-
stre familie ex animo factum velle. Exanimo aliquid
facere est id facere qđ ille in animo suo velit. Aut cer
ta. ex tota mente prestari non perfunctorie: sed ex ani
mo factum bene factum intelligere debem9: vt sit ex
animo: quasi ex sentēcia. Dignos arbitror. multa desūt
& vos & esse: & qui fiant. Quid tu ais. eo vultu dicit
quid tu ais quo videmus loqui eos qui interrogant ge
sticulante vultu quid senciant de consilio suo quos sci-
unt approbaturos esse. Sic soleo. potest ironia videri
quippe quando tale consilium probat. Demea: quod p
baret adolescens.

i VBET Frater. apparet Mitionem dixisse
cur dirueret Syrum respondisse: quia hoc iu
bet frater tuus. Iubet frater: dirui macerią
s. Tu ne iubes hoc Demea interrogatiue ꝓnunciādū
totū ita erit vna ꝑsona & ostēdit breuit ex hui9 vēbis
qđ prior dixerit Syrus: & mirū initū: ne prœmio o
pus esset Demee ad ꝓfidendam mutacionem volunta
tis. hac re macerie dissectione: & in aliis omnibus nisi
in nupcijs senilibus. Iube. colere subauditur per
Colere: adiuuare: adiūgere. Colere ad
Syrum ꝑtinet: adiuuare ad Hegionem adiungere ad
Sostratam: & ad notandum coli ad superiora: vt post
habita coluisse Samo. b. i. a. Immo hercle ita nobis de
cet: antiqui sc addebant statim verbum: nos decet fa
cere: nos decet dicere: sed non addebant nobis decet: ſ
simpliciter dicebāt. Primum huius vxoris est mater.
incipit a ꝑsuasione sed latenter ita vt ea que proposito
cōsilio dicenda erant añ demonstrauit ꝙ dicat quid fi
eri velit: & hoc semp fit ab oratoribus in his rebus q
bus incipere non oportet propter turpitudinem aut in

cōmodiatē rei que pſuadenda eſt: conſidera adeo apud Virgi. vbi pſuadet iris matribus vt naues ſuas incendant & inuenies hoc ipſum conſilium vltimū poni poſt argumenta q̄plurima. Quin agite &. m. i. f. ex u. p. & iniciū a poſſibili factum ē: nā dicit huius vxoris eſt mater proba & modeſta: ꝓba ſibi: & modeſta apud alios: & vide laudes conſiliatoribus inuentas & vſitatas. Ita aiunt. hoc ita reſpondet: ſed qd in ea. Scio ad hue Mitio nō intelligit quo res tendat: ſed tamen vult quodam admirantis cur hoc dicatur reſpondet. Pācere hec iam diu non poteſt. recte nec contra filios ſua dere videatur. Per annos non poteſt. bene p annos qa non ſterilis. Hanc te equū eſt ducere te Mitio. ſ. & te operam vt fiat dare te Aeſchine: nam ad illum conuerſus a Mitione eſt. Et quare Aeſchinum operam dare equū eſt. ſ. vt proſit ſocru. Patere iam diu hec p annos non poteſt. hoc autem addidit: ne contra filios pſuadere videatur nupciis ſi illis coheredes eſſe procreādos ſuadet. Me ducere autem magna vis in pronominibus poſita eſt. nam me ille dicit ſic quaſi quem mihi me deceat. Te ille. ſic reſpondet quaſi quē maxīe oporteat. Ineptis. verbum eſt quod facit ineptio: ineptis: ī epit. Si tu ſis hō. nō ſi es: ſ ſis dixit q̄i ī eo ſe hoīez ſit Aeſchi? ꝓbatur?. Si tu ſis hō Aeſchine. ſi ſis. ꝓ ſi eſſe volueris: & ſi credi hō volueris. Si tu ſis hō. hic facete & mire coegit Aeſchinū ad pſuadēdū nō eū dixit ſed tu ſis homo pſuade ſed ſic faciat: vt ab illo non factum ſed effectum exigēt Quid tu autem huic aſine auſcultas? aptum conuitiū grandi & fatuo. Mi pater mi nominatius caſus eſt: ab eo quod eſt meus. Fieri aliter nō poteſt: a neceſſario. De liras. proprio vocabulo vſus eſt tanq̄ loquaci. Inſanis. aufer vel te vel manum: nam rogans mentem admonet. ſ. dicēs: mi pater aufer: aut te deeſt aut manum: aut pro eo quod ē abi: aut ſic auferem. Ego nouus maritus. apud menandrum ſenex de

nupcis nō grauatur. Ego ego nouꝰ
maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam: atq; anum decrepitam ducamꝰ hic deeſt: & quis: & quid: & quando: & quomodo: vt ſit quis ego: quid nouꝰ maritus quando anno demum quinto & ſexageſimo: quomodo: anum decrepitam ducam. Atq; anum decrepitā ducam. hoc facete addit tanq; faciendū hoc eſſet ſi puella duceretur ſeni. Anno demum quinto & ſexageſimo. hec etas ē vt varro ait etiam amicorum ſenum: & demum aduerbium tarditatis eſt. Id ne eſtis mihi auctores: hoc ē p ſuaſores. vt Virgi. Auctore g.o.a. Decrepitam. decrepitam: aut ſtomacho anili & iracundo aut decrepitam obtuſi animi: & leſe ſenectutis: aut decrepitam cui ſepe moribunde crepuerit planctu familia. i. clamauerit Largitor. verbum eſt impatiui modi futuri temporis De te largitor puer: acutius de te dictum eſt q̄m de tuo: & bene meum q promiſerat puelle coniunctionem ſuam. Da veniam: preſta beneficium concede quod petitur. Ne grauere. ne te difficilem p̄beas quia grauem ſe dicitur preſtare: qui id facile non preſtat i beneficio quod poteſt. Da veniam. ne grauere: fac promitte: altrinſecus agentium fatigantiumq; verba ſunt. Age prolixe Mitio. aut age prolixe. i. age benigne: vt ſit prolixe benigne ſecundum veteres: aut per Age cōceptuum: vt ad
prolixe ſubaudiatur noſter noſter eſt aut quid tale: vt Mitio velt in ſuaui dictum ſit: & ſi hoc mihi prauum: prauum ſi anum ducit nullo comodo ſuo meptum: qui non voto filiorum ducat vxorem. abſurdum homini q nunq; duxerit: & nūq; ducere voluerit: & ſeni duci vxorē: que adoleſcēti ducta nō ſit. Si vos tātopere iſtuc vultis fiat: cur hic non vertitur de voluntate Soſtrate An quia illam cōſentire neceſſe eſt: vel propter paupe
riem: vel ob amorē filie ſue. Si vos tantopere iſtuc vultis fiat ridicule dixit: & comice vxorem ſe ducere: nō

quia velit aut debeat: sed vt obsequaē iubentibus. Hoc quo modo sit quod volo ꝓficitur inquit. quod volo vt supra domū recipiaꝫ Mitio: & ego meo gratiā. Quid nūc quid restat. quid restat pro quid sequitur: aut qd restat tanq̄ reliquiarum priorem: aut propter hoc minimum. Egio est hic cognatus proximus. commendatione psone quasi note etiam Mitioni obmerita sua: & bene addidit proximus: nam multi gradus: & veluti rami sunt propinquitatis in affinitate: & cognacione dispositi. Affinis nobis recte. nam vxoris cognati marito affines sunt. Pauper iam hoc nomine apparet aliqd flagitari. Quod locitas foras. foras dixit locum pro psona ponēs. q. d. nescio cui alieno sic & nos dicimus audi quid dicit. Ecce hac. pro ecce hic. Cicero. Hic tum alius ex alia parte deest. Ergo aliquid vt sit quod locitas foras versū: aut si foris: foris posito. i. alieno. Sub vrbe est agelli paululū cūtotū contēptione ꝓnunciandum. Huic demꝰ q fruaē alaē. i. qui fructū capiat nō proprietate potiatur. proprie ergo & quasi de iure dixit fruatur. est autem fruatur alatur: quia frumen dicitur sūma gula p quam cibum lingua demittit in ventrem. Bonus est. noster est. recte datur:

bortantis & multa congreutis noster ē bene addidit: nam quod dixit proprie huic bonus est potuit respondere: quid mea recte datur: quasi non queratur an dandum sit sed illud solum erit: an recte queraē. Bonꝰ ē nr̄ est: hec omia vultuose tanq̄ inuidiā plimonie faciat Mitioni: & plus significat noster: q̄ si ad datur quid noster. Non illud verbum facio: nunc verbum pro posuit: quod vno strin
gitur verbo. Ergo verbum breuis sentencia non enim illud verbum v. f. nota verbum pro sentencia. Et vno verbo dic si quid est quod me velis: & miseram me qd verbum audio: verbum dixit veram sentēciam: nā verba esse a veritate dicta testatur Varro. Hanc maculaꝫ

nos decet effugere. maculam
dicit irridens opinionem Mitionis: quia parsimoniam
maculam putet: & simul auxit primo vitiū deinde ma
culam dicendo. Suo sibi gladio būc iugulo. Allegoria
Factum est quod vissisti Demea, i. diruta est maceria
Frugi bō es. vtilis: vt fruges. Ego Edepol hodie mea
quidem sentencia iudico Syrum fieri liberum: hoc est
iandudum quod promiserat Syro: sed nūc opportune
videtur enim modo meritum precessisse: & sententia
iudico est multa: oratorie ma
luit generaliter dicere q̄ querere specialiter: quod in
uenire non possit. Et initio singulariter vnum querit
hic pluraliter multa respondet. Quod nam ob factum
iure. ascribi enim causas manumissis in iure formula é
Edepol vir bonus iurat bonum. quia preter opinionez
est: ego istos vobis vsq; a pueris intelligit Syrus labo
rantem pro se Demeam nō habere quid dicat: & ideo
ipse prosequitur ordinem meritorum sed quē apparet
pedagogum fuisse. Docui: monui: bene precepi. Ri
dicule adduntur: sed tamen consuetudine: quia impu
tantur etiam facta praue pro bonis. Que potui omnia
bene que potui quasi plura vellet. Res apparet. mire
irridet Demea: sic tamen vt serio agere videatur. Ap
parare de die conuiuium, i. repēte. neq; ante predictū
nec pridie constitutū: Postremo hodie in psaltria istac
emenda: & hoc totum serio dicitur: vt magis ridiculū
videatur. Hic adiutor fuit. in re bona adiutores: in re
mala impulsores dicuntur. ergo hic auditor dicit a nō
irascente: a crimīante autē & irato impulsor. Hic ad
iutor fuit: hic curauit. de more repetitū est hic: quom
dicitur hic adiutor fuit: hic curauit. Sic enī solemus o
nerare mentem audientis eius quē laudamus: deinde
quod prestitit qui & officium corporis vt adiutor: &
curā animi prebuit vt consultor. Deniq; hoc vult fieri

abutitur Demea sciens ꝓdigum voluntate adolescẽtu
li. Syre accede huc ad me. vtrum vt eundem manúit-
tat an vt palmam fieri iubet propius accedens iuris-
publici consuetudinem ludens: & vide q̃ comicam ma
numissionẽ q̃m facete induxerit atq; condigne. Et seò
sú tibi preterea. Demea & fecit Demee plusquá vole
bat: nam quia conabatur amari: prefertur etiam his q
amantur. Gaudeo & ego gratulantium Syro hec ver
ba sunt: quibus de more illle credo respondet. Vtinam
hoc ꝓpetuum fiat gaudium: integrum: solidú: & nus-
q̃ interruptum. Phrygiam vt vxorem meá. vt ipse Si
rus ita vxor phrygia secundum veteres qui seruis no-
mina a nationibus imponebant Vna mecum videá libe
ram. hoc sic ꝓnunciandum est: quasi gaudeat se concor
datum Demee: quod quom vltra cogitat habuisse ple
ne obtus fuit. Hodie primam mámam dedit hec. ri-
diculum meritum: si quidẽ oportuerit primá esse quá
cunq; an quia causa est qua ingenui dicúntur serio a nu
tricibo liberis educádi Hercle vero serio. aduerbia sút
confirmatiua. Ob eam rem. hoc eo vultu dicit. quo rẽ
veluti excutimus & ostendimus momenti esse nullius
Argentum quanti est sumito quanto precio valet ar-
gentum quanti est sumito: hoc verbo vtimur: vt faci-
unt qui psuadere aliquid cupiunt. Dii tibi Demea om
nes semp omnia optata offerant: omnes omía antiqua
elegantia & figurata. Processisti hodie pulchre. núc
vere pulchre ꝓcessit Syrus. Siquidem tu tuú offi cíú
facies. hoc est vt patroni est libertum non deseras sed
vt alias vt manumissum. Plautus facis melius q̃ pars
lenonum: qui libertos habent & eos deserunt. Vnde v
tatur. vtatur viuat: vnde vsura vita dicitur vnde vni?
vsura more gladiatoris isti non dedisset: an vnde alaẽ
de quo vsum fructumq; capiat & cui? tibi sortem red
dat: & hoc melius: nam ideo addidit: reddet tibi cito.
Istuc vilius. hoc egit Terencius: vt cõuersis officiis vs

q; adeo ꝓdigũ faceret Demeam donec parem reddẽt Mitionem. Istuc vilius. quasi nihil minus: negatio enĩ est floccum ostendẽtis aut quid tale cũ eclipsi qua sub auditur quicq̃m & nõ dabo. Faciet. ne quid negatum in fine fabule videatur addidit Demea: faciet: & faciet hoc potens. s. quod irridens dixit: quasi de prodigo dicere videatnr: & mire faciet: quia nec credibile erat statim consensurum qui negauerat & perpetuo negagatio esse in fine non debuit. Quid istuc? que res tam repente mores mutauit tuos? aĩaduertendum est: qua cailliditate Terencius querens finem fabule: complere leticiam per ipsum Demeam nititur in vniuersos q in tota comœdia tristis ac sceuus interturbauit & vociferatus est. Quod proluuium. proluuium quod greci .i. promptus animus ad largiendum. Subita est largitas repentina: ac per hoc ipsa est ĩgrata & immoderata vt euenit quom ex nimis parcis non largi: liberales: sed effusi prodigiq; reddunt̃ Vt id ostenderem abundat id nam est prout. Quod te isti facilem. & festiuũ putant: multum detraxit Mitioni dicendo te isti putant per quod significatur errare adolescentes: & hunc non esse festiuum. Quod te isti festiuum & facilem putant bene in postremo dignitas persone huius seruata est: vt perpetuo cõmodata videretur. vt truculenti apud Plautu; Indulgendo ante dicendo indulgentiam ad meam culpam scribi denuo. Et largiendo Mitio. seuere ad ditum est nomen verbis ex animo plorãtis. Quia nõ ita iusta prorsus omĩa: omnino obsequor prouerbiales sũt huiusmodi elocutiones fanda: nefanda: digna: indigna velis: nolis: fas: nefas. Effundite: omittite: facite: effũdite: ad Aeschinũ ꝑtinet: emitte ad Ctesiphonem: facite ad omnes. Eacite quod vobis lubet. ꝓpe redit rursus ad amaritudinem pristinam hec est figura qua inuitos nos ꝑmittere ostendimus quod

volumus fieri. Que vos potius propter adolescentiam minus videtis. Hic ostendit Terencius magis demeaꝫ simulasse mutatos mores q̃m mutauisse Minus videtis magis impense cupitis: consulitis parum minuꝰ magis parum. Hec rep̃hẽdere & cõrigẽ: & obsecundare in loco tribus tria redduntur: & vtrunq;.
illam in malam partem superiora hec in bonam que inferiora sũt non tantum enim culpe est minus ꝓuidere q̃m impense: nec tantum mali est impense cupere q̃ntum parum consulere. Iram reprehendere bonũ est melius corrigere optimũ secundare. nam qui reprehendᵗ non continuo corrigit. qui corrigit non ilico secundat .i. letissimum reddit & fidelissimum. Alii secundare obsequi dictum putant: & ideo additum est in loco q̃si non semper faciendum: sic ergo obsecundare: vel in melius conuertere: vl' obseq intelligimus. Tibi pr̃ ꝑmittimus: noluit Terẽtius ab amoribus filiorum ꝑpetuo repulsum patrem. Si non habeat ĩ istac finem faciat: hec quidem permissio est: sed excepcionem in se continet: & cum quodam stomacho: & velut minaci denunciatione profertur. In istac finem faciat. hoc est: aut ne aliam amet: aut ne alteram comparet: ne post ipsam luxuriet cura alterius. Recte. bene & Mitio nõ discessit de proposito suo: qui vt peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem: cum expectatiõe quadam laudans verba eius istac recte dixit: quasi diceret: non vt cetera: & simul reposuit ei qui sup̃ dixerat: ꝙ te isti facilem: & festiuum putant.

ECYRA est huic nomen fabule: hec eũ data est. hec cum fabula Appolodori dicit̃ esse greca. Nam & ipsa & Phormio ab eodem dicuntur esse translatæ cum reliquæ quatuor sint Menandri. Ecyra autem dicitur ideo: quia per socrus & soceros in ea agũtur mu'ta. Nam & ecyros & ecyra soceri nom̃e socrusq; significãt. Est autem mixta motorius actibus: ac stataríis: multumque sentenciarum & figurarum continet in toto stilo. Vnde cum delecte plurimum: non minus vtilitatis affert spectatoribus. Atque in hac prime partes sunt Lachetis. Secunde Pamphili. Tercie Phidippi. Quarte Parmenonis. Et deinceps aliarum personarum quæ his adiunc te sunt. Diuisa est autem vt cetere quinq; actibus domesticis: quos in subditis distinguemus. In hac prologus est: & multiplex: & rethoricus nimis ꝓpterea q̃d sepe excusa hec comœdia diligentissima defensione indigebat. Atque in hac protasis turbulenta est. Epitasis mollior. Lenis Catbastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus. Sexto Iulio. C. Rabirio edilibus curulibus. Egitque. L. Ambiuius: Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota greca est facta & edita. quinto loco. Cn. Octauo. T. Manlio cons. Cãtica & deuerbia summo in hac fauore susceptа sũt

.i. persone extra argumentũ due sunt. Phi lotidis & Sire. In tota Comœdia hoc agitur vt res no ue fiant: nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim beniuole socrus: verecunnda nurus. Lenissimus in vxorẽ maritus: & item deditus matri sue meretrix bona

Itiatam in tenebris ante nupcias cui anulum
v extorserat meretricem amans dum ignorat
Pamphilus duxit vxorem grauidam ex conpressu suo. quam peregre profectus: quom reliquisset

domi rediens: parientem offendit furtim: & apud matrem suam. quare commotus dum repudium inuitis parentibus & causam repudii nescientibus paret per meretricem apud quam anulus inuentus est cognoscit tandem: & a seuitia tam uxorem & ex se natum filium. Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lene syre: cum Parmenone vt per harum personas que dicuntur argumentum spectator discat. Secundi actus tenor in hoc est inmeritam uxorē veluti malam socrū accusat Laches & conuenit Phidippum de eadē causa statim post quarum colloqm cōquestio inducitur. Sostrate quod falsum crimen inuidiosum que sustineat. Tertio actu hec ascribuntur Conquestio Pamphili peregre redeūtis de amore suo circa uxorē paritudo Philomene. Sostratæ verba super ægritudinem nurꝰ quam morbo credit afflictam Fletus Pamphili errātis cum putat non ex se filiū natū esse. Colloquiū Parmenonis cum pueris a naui venientibus. vt mox loquanē cum ipso Pamphilo a quo in arcē mittiē. Item Lachetis Phidippi que & Pamphili verba de reconciliande illi coniugæ: & eorum in uicem litigiosa dissensio. Quartum actum hec complent perturbacio Mirrbine ex interuentu mariti: & eiusdem cum eo nimis calida ac muliebris astucie disceptacio Sostrate: Pampdili Lachetis que colloquiū Inclamacio patris & soceri aduersum Pamphilū uxorem recusantem: conuencionē meretricis promittentis se iusiurandum matronis exhibiturā de non admisso ad se Pamphilo. Inquinto actu Bacchidis narracio de nupciis gestis: & colloquium cum parmenone inducitur: quem nunciū mittit ad Pamphilū: Pamphiliqꝫ ad vltimum actio graciarum apud ipsam Bacchidem. Docet autē Varro: neqꝫ in hac fabula neqꝫ in aliis esse mirandum qꝫ actus impares Scenarum paginarumqꝫ sint numero Cum hec distribucio in rerum descripcio

ne non in numero versuum constituta sit: non apud latinos modum: verum & apud grecos ipsos.

Cyra huic est nomen fabule. a nomine cœpit
e vt incognitam probaret: & ideo spectandam.
Ecyra est huic nomẽ fabule. nominatiuo casu figurauit: cum in vsu sit vt datiuo dicamus quamuis presto sint exẽpla: quibus veteres per omnes fere casus hoc genus locucionis enunciabant. Ecyra est huic nomẽ fabule. hec primo data est sine prologo ludis megalensibus. quos sex. Iulius: & Cornelius Dolobella ediderũt: sed occupacio populi studio funabuli displiciuit. postremo data ẽ ludis funebribus. L. emilii pauli: quos fecerũt. Qu. Fabius Maximus: & Cornelius Africanus tunc quoq; non peracta est per studium populi circa gladiatores Tercio ad postremũ introducta Qu. Fuluio. L. Marcio edilibus virtute actorum. L. Ambiui & L. turpionis est commendata. Ecyra est huic. n. f. totus hic prologus subtilem questiõnem cõtinet ob hoc ne aperte populũ non lectæ fabulæ reum faciat: & facile reuocet in fauorem. Hec cum data est noua. ita dicitur data est fabula: vt data est cœna datum est prandiũ: & edidit a dato descendit. Hec cum data est n. n. i. Sic & Homerus. & dari dicit fabula cum agitur: stare cum placet. Hec cum data e. n. n. i. syllepsis prima: de est enim huic: & est figura paronomasia. Noua. nouum: vicũ & calamitas: bene secundũ augurem. Vicium est enim si tonet tantum: vicium & calamitas si tonet & grandinet simul: & etiam fulminet. Vtiium & calamitas. Vitium translatum est ab augurio: & vitio creati dicuntur consules. Calamitas dicitur clades quia clamatur: vt aliud sit grandinis culmũ frangentis: aliud furti vt doli malis sic probus. Vt neq; spectari. vitium quod non spectata est: calamitas q; nõ cognita. Vt neq; spectari neq; cognosci. mira defẽsio siquidem non iudicio comœdia

exacta est si spectari cognosci que non potuerit cogni-
turis scz si audiretur. Vt neq; spectari neq; cognosci.
ideo theatrū: ideo spectatores: ideo actores: & maior
pars in gestu quā in verbis cognosci vel ꝓbari vel sci-
ri: an ecyra sciri dicatur quæ scita sit nomine. Ita po-
pulus studio stupidus a deriuacione causę: non quia
mala inquit exclusa est: sed quia populus funabuli ad
miracione obstupuit: quod infra de gladiatoribus di-
cet ad commutationem causę inducendā. Ita populus
stupidus. hic excusatur & populus: qui neque iudica-
uit de fabula: neque tamen stulte errauit. stupidus
pro stupens. Vt timidusque. s. v. a. Pro noua. recte
iam enim non est noua. Et is qui scripsit hanc ob eam
rem. i. ob eam causam: quasi dicat non iterum acta est
sine causa. cur ergo non post funabulum relata est: si
illi cessārāt: in qua maluit aurum Poetam populo in-
ducere quam suo operi diffidentem. Iterum referre
superuacuum est. Vt possit iterum vendere. Alias scz
ludis: hoc vt diximus ad laudem fabule refertur: post
quam tantū fiduciæ poetæ dedit. Alias agnoscis eius
quæso hanc agnoscite. mire illi fauorem petit ex aliis
quæ spectatori notæ sunt eiusdē poetæ quasi hæc om-
nino nota sit. At in Andria: quæ omniū prima est ali-
ter ait enī vt pernoscatis & quid spei sit reliquū quas
faciet ꝛc̄. Orator ad vos venio cum ornatu prologi.
finite magna arte hic prologus scriptus est: & nimis
oratorie. nam tociēs expulsa fabula quomodo honeste
reuocari potuit in proscenium: nisi primo ipsa impru-
dencia pro fiducia proferetur: & deinde actor peritis-
simus ipse habilius probaret & poetam et Comœdiam
cuius auctoritas elucet ex verbis: cum deinde subtili
ter nouo poetæ a vetusto & magne auctoritatis Ceci
lio peteretur exemplum fauor expeteretur ingeniosis-
sime. Nam quod rudis Terencio contingit accidisse
memoratur veteri Cecilio: quod huic semel: illi sepe:

quod huic in aliis nunquam hoc illi fere in omnibus. Quod huic ecyra & acta & probata est: & certa illi partim exacta est: partimq; vix probata. itaq; his omnibus argumentis id actum est: vt neq; desperandum sit de Terencio: q; expulsus est: vt nihilominus illi tantum attribuendum sit: vt aut par Ceciliо magno tunc poete: aut vltro melior etiam esse possit. Hic tamē. L. Ambiuius histrio fuit actor comœdiarum. Orator ad vos venio. Oratorem audire oportere ius gēcium est oratorem nō licet iniuriam pati: ideo ergo ne expellaē non se prologum sed oratorē nominat. Plautus impia secrete oratorem verberas. Eodem iure vti senē liceat vt me liceat casus miserari 1.a. Sinite exorator sim. Orator est dum rogat. exorator cum impetauerit: ita illud dicētis banc iam affectus significacionem habet & orator est cui causa defendenda mandatur. Quo iure sum vsus adolescentior. tanquā aliud agens defert exempla quibus ostendat: turpe non esse Terencio exclusam esse vnam illius fabulam: cum multorum poetarū multe exacte sint: & in his Cecilii cuius illo tempore magna auctoritas fuit. Adolescencior. hec comparacio minus a positiuo sonat & vim dimminutiuam exprimit: vt iam senior sed cruda d.v.q.s. Nouas: qui exactas feci: vt inueterascerēt & inueterascerēt agerentur denuo: quia dum acta est noua dicit fabula Inuetererescerent. in consuetudinē venirent: spectarentur: amarenē. Exactas. expulsas. Nec cum poeta scriptura vanescceret. causa facti honestior est: non se poete vnius: sed ipsius poematis causa laborare. In his quas primum Cecilii didici nouas. A simili argumentum quod fit per comparacionē artificiosam & oratoriam rerum ac personarū partī: sum earum: vi de plus esse in exemplo siquidem partim exacte sūt Cecilii fabule partim vix admisse: cū vna ecyra excluſa sit: & est sensus: aut displicui inqt. aut aliquibus vix placui. Par-

tim ſum earū exactus pro in aliis aut timidis: at ſi mul
ſpendida locucio eſt: partim aduerbium eſt & proprie
locutus eſt. Nam fabule aut agi dicunē aut ſtare Quia
ſciebam dubiam fortunam. non igitur poete culpa: ſed
caſus eſt. nam. ideo fortunam euentum rettulit. Spe
incerta certū mihi. ſententioſe & verum. nam vbi certa
ſpes eſt: nihil opus eſt laborare certo ac vehementi.
Spe incerta. pro ſpei incerte. An deeſt in incerta cer
tum honeſta figura quæ dicitur. Eaſdem exactas cœ-
pi. difficultatem facti & molimen oſtendit ab eodem
Cecilio. ſ. Nouas. ſtudioſe ne illum ab ſtudio
. Ne illum ab ſtudio abducerem.
iterū cauſa honeſtatis. perfeci vt ſpectaretur. Atten-
de quantū pondus habeat: qp non feci dixit: ſed pocius
perfeci: vt molem difficultatis oſtenderet. Vbi ſunt
placite. tota participium ſine verbo. Ita poetā reſtitui
in locum. mire non Ceciliū: ſed poetam: vt hoc gene-
raliter populo preſtitiſſe non vni homini videaē. Vbi
ſunt. p. c. ſ. Elegans promiſſio: & hanc placituram ſi
cognoſcatur: & eſt coniectura a futuro tempore. Reſ-
tituī in locum: quia remotum & excluſum dixit: pro-
prie iam remotum geminauit ſecundum antiquos qui
omnes in verbis liquidas duplicabant. A ſtudio atq;
labore: bene oſtendit ſe populo profuiſſe ceterum poe
tam ad laborem reuocando atq; artem. habeē intencio
commote audiendum eſt. vt hic portus alii effodiunt
hic alta theatri f. l. a. i. c. r. e. ſ. d. a. f. in preſcia: ſta
tim vt a populo eiciebaē: vt in otio eſſet pociuſquam
in negocio ex ipſis rerum nominibus oſtendit facilita
tem deterendi. Nunc quid petam mea cauſa: bene pe
tam mea cauſa quaſi orator. Mea cauſa: equo animo:
Conmēdacio perſone leuis per aliam perſonā grauem
ſecundum precepta in Retoricis: Ecyram ad vos re
fero: principium a principali queſtione an cognita ſit
& an ſpectanda ſit. Quam mihi: a perſona dicentis. ita

eā oppresit calamitas. hoc succedit pro illo: quod est a persona aduersariorum: simul ad fortunam rettulit: culpā populi non dixit quod presto erat. ita oppresit eam calamitas. eam calamitatē repetit ne nos fabulā illum dicere putaremus. Vestra intelligencia se dabit primo cū persona nostre industrie rursus cum sua. & bene peraphrisi vsus est: ne diceret nos nobis. Cū primum eam agere cœpi. iā hic narracio subtilis inducit & vt non ledat populum: & vt defendat poetam. Pugilum gloria .pugiles & esse glorioſos vt minus turpe sit antelatos eos esse: sicut Virgilius. Magnis cum viri c.n.e.o.q.d.m.q.s.m. t.s.q.p.zē hec est gloria. Pugilum gloria: funabuli accessit expectatio narracio cur excluſa sit. hec enim non poete culpa dereicta est nec iudicio populi: & ideo nunc admittenda est. Pugilum gloria f.a.e.

Pugilum gloria f.a.e. Comitū conuentus expectacio desideriū: vt Virg. Expectate venis Funabuli eodem duplex causa ad vnam excluſionē adbibetur. Comitum conuentus. vtrum eos comites dicit qui sunt pugilum assentatores: an seruos qui dominos sequuntur: an studium certātium diuersis fauentium clamor mulierum. bene mulierū: non enim timet eas quibus suffragari vel refragari non licet in theatro. Vt ante tempus exirem foras
ne grauem passus videatur iniuriam. Pugilum. g. pugil dictus est a pugna: & pugna a pugno. Veteres nā q ante vsum ferri & armorum pugnis & calcibus & morsibus corporum quæ luctatione certabāt. Vetere primum. Vetere: vt in noua cœpi vti consuetudine: nisi nouam comœdiam intellexeris: non erit apta sentencia. nam & supra dixit: nunc hec plane est pro noua. An a Terencio noua ideo dictū est quia nunquam alias excluſus est: & bene veterem: vt ostēdat turpe non esse quod & aliis poetis sepe conti-

gerit. Refero denuo aut vetere abundat: aut denuo. Primo actu placeo. racionabiliter dixit primo. quia quinque sunt actus partes fabule. Placeo studeo. placeo dixit pro eo quod est fabula placet: aut Terencius & mire non diu inquit pependit iudicium: sed statim placuit vt ꝺ̄ sequiť nō iudicio sed pturbacione factū sit. Cum interea rumor venit datum iri. hoc abhorret a nostra cōsuetudine: verumtū apud antiquos gladiatores in theatro spectabanť. Datum iri. datū iri dixit vt fabulam commendet: vt & omnia spectatori & populo dicātur. Non potui tutari locum: facete repetit locum. Nunc turba non est tumultuanť. turba idest

.Nunc turba non est: turbam rettulit ad id quod supra dixit populus c.t. Ociū ad illud ꝺ̄ pugnarat de loco: silētium ad illud quod dixit clamor mulierum. Ocium pugnat. Silentium

clamant. Nunc turba non est. ocium & silencium: quæ abbortatio per enumerationem ad tempus est. Mihi datum: ab edilibus scilicet. Vobis datur potestas condecorādi ludos scenicos: quasi ad aliquid agat populus cum spectet. Nolite sinere paruos

artem musicā oratorie: quasi non Terentii causa agatur: sed artis musicæ. Mee auctoritati quia iam senex est. Fautrix adiutrixq; sit. Commendacio qua Terencium probo: & est figura Analogia: vult autē se esse auctoritatis: vt & populo placere iā debeat: qui ipsi placet. Si nunquam auare. Commendacio ab antedictis idest a persone attributis. Si nunquam auare a meritis defensoris argumentū ad laudē fabulæ. Si nunquam auare. Per hec verba Terencius vult demonstrare quam grauis auctor sit qui suas comœdias probet. Sic Horacius. Ea cum respondere coneris que grauis Esopus: que doctus Roscius egit. Et eum esse questum in animū induxi. modo non nunquam subauditur & si vt sit: & si eum esse ⁊c̄. Et eum

esse questum in animū induxi a vestris comodis: plus dixit cōmodis quā si diceret voluptatibus. Questum maximum quam maxime inique iniqui

Sinite impetrare me qui in tutelam meam. ordo est. Sinite impetrare ne eum circumuētum inique iniqui in tutelā meā s.f. & s.i.u. Com. fi. mea causa. i. quasi oratori causam dixit. Mea causa. causā hanc accipite oratorie. Sic enim fit cum persona pro persona ad cōmendacionem affertur. & date silēcium: quasi fabule ac poetæ. Mea causa. causam: Paronomasia. Vt libeat scribere alias. oratorie .Mihiq; vt s. mihi proprie dicit. docet enim poeta q; merito ipse dici debeat scenicus. Nouas expediat posthac: ab vtili argumentacio est: & bene vt expediat tanquam factu rus sit: & si non expedierit dum questum maximum seruire populo putat. Pretio emptas meo. estimacioe a me facta quantum ediles darent: & proinde me periclitante si abiecta fabula a me pretium quod poetæ numeraueriť repetant. Ergo meo a me facto: a me statuto. nam quomodo alibi dixit. postquam ædiles emerant: & bene vt sequatur populus iudiciū eius cui esti mare vere fabulas onus posuerit. Pretio emptas meo vt quidam volunt periculo

p Erpol quampaucos reperies meretricibus fideles. Nouo genere hic vtraq; inducitur. Nam & Philotis & syra non pertinent ad argumentum fabule. hec autem maluit Terentius quam aut per prologum narraret argumentū aut induceret loqui. Perpol q; paucos reperis. Hec persona Terentii more extrinsecus assumitur vt sic postquam argumenti obscuritatem effugiat. Perpol paucos. animaduertendum est in hac fabula Terencium bonam meretricem inducturum: ne id contra morem videať facere etiam aliam meretricē

non malam inducere: vt id exemplis fiat tritius & vsu
verisimile. Perpol quampaucos. ordo est perpol quã-
paucos reperias. nam perpol non est latinum sed
per quam idest nimis. Quampaucos: qui
dam non paucos: sed paucis legunt. sic enim Appolo-
dorus Reperias. aptum ver
bum ad raritatẽ: & ideo non dixit pauci sunt: sed pau
cos reperias: si quos queras non autem reperitur nisi
quod queritur: non queritur nisi quod presto non sit.
Fideles. huiusmodi sententiam rethores
vocant: & mire non esse sed euenire dixit: vt non ratio-
nis sed casus sit id quod carissimum est. Eideles fidi
in maximis: fideles in minoribꝰ negocijs. Vel hic Pá-
philus. transitus a generali sentencia ad specialẽ. Vel
nunc veluti alias. cõiunctio disiúctiua ẽ: alias correp-
cionem significat: vt apud Ciceronem. Vel optimum
me sane vitã eciã. Carmina vel c. f. d. I. aut vel: ut mõ.
Iurabat q. b. q. s. tria sunt quod iurabat & quocíes &
quam sancte: quod totum de more amatorum & mere
tricum dixit: que iure iurando teneant: quos lege non
possunt. Vt qui vis non modo Bacchis quæ amica erat
Nunquam illa viua ducturum vxorem ita
i. iurans primo iurabat. Nunquã illa viua vxorẽ duc-
turum. En duxit. pronuncia vt mirantẽ ostendas. Er
go propterea: modo ergo affectũ exprimit reprehen-
dentis tarde sibi consencientem. sic Virgilius. Ergo
age care pater c. i. n. Propterea te sedulo Sedulo in-
stanter & ex animo & sine dolo. En duxit. en aduer-
biũ demonstratis est: vt en alter. Et moneo: & hortor
monemus consilio: hortamur impulsu: ne cuiusquam
misereat deest te. Quin spolies: inutiles: laceres: quin
pro quominus: & magna persuasio est ad malefacien-
dum: spoliari spoliare est non minimã partem auferre
Mutilare aliquid detrahere sine quo res esse non pos-
sit, lacerare autẽ cum õnino non habeas quas idest in-

utiles minuas. vnde inutili dicti sunt boues: aut capri
sine cornibus: nam male
multi putant dici: & inde mulciber vulcanus q̄ sit mu
tilatus ac debilis: nam proprie mulciber dictus est q̄d
omnia mulceat id est molliat ac vincat. Vt ni eximium
habeam neminem: vt ni pro vt ne
& perseuerat in allegoria. nam eximia pecora dicunt
quæ a grege excepta sūt ad vsus dominorum suorum
vt vberius pascant: sed proprie eximii sunt porci ma
iores qui ad sacrificandum electi sunt: etenim boues
qui ad hoc electi sunt egregii dicuntur: & oues lecte
Vt Virgilius. Mactant lectas de m. b. ita & porci ex
imii. Vt in eximium: de est censes: vt sit censes vt in
eximium neminem habeam: vel certe mones vt in ex
imium: ita eximium: separatum ex omnibus: proprie
eximius porcus est: exemptus a grege: atq; signatus
macula aut nota. Habeā deest censes aut vis aut mo
nes. Nam nemo quisquam: parelcon tercio: nam abun
dat quisquam. Scito ad te venit: bene additum est sci
to: & moraliter & acucius pronunciandum: est enim
verbum illorum qui familiares corrigūt. Quin ita pa
ret: hoc verbum paret aduersum munificos & segnes
sumitur. Vt alibi: an parasti te vt spes n. r. t. s. t. Abs
te: pro ex te: suā voluntatē expleat bene expleat q̄d cō
trarium meretrici est amatorē voluntate saciari. His
cine tu: id est talibus: & vide
si pulcra meretrix puella ē. Insidiabere. Insideari malū
est sed contra insidiari iustū est. Tamē pol eandem in
iuriā & idem aliter: & vehemencius intulit: nā peius
est eandem esse omnibus: quam nullum excipere. In
iurium. iniquum. Iniuriū autem indignantis modo sig
nificacio: & vim aduerbii habet. Vlciscī aduersarios:
de more aduersarios mutato nomine posuit: durū enī
fuerat si amatores diceret. Qua te via captent illi qui
te captant sepe tu eos vel semel cape. Heu me misera

bene quia nō persuasit sed affectum doloris expressit intelligiē enim ex vultu eius nō eam persuasisse quod voluit. Heu me miseram c.n.a.i.m.e.e.f.e.

quod reliquū sit quia quod persuadere volebat. Et bene: nota quia vtrumq; non habet: & mire e contrario descripta est deformitas: bene & formā & voluntatē malam gerentis. Aut tibi hec sententia Dicticos simulq; ostendit secūdum difficile deformē reperiri bonum.

f Enex si querat me modo iisse dicito ad portū hoc seruus dixit in scenam de proscenio respiciens. Senex si querat: due coniunctime sunt in hac scena: aut vere sunt nupciæ: & an verisimile sit abstinere potuisse adolescētem a virgine sibi nuptum tradita. Senex si querat me: magis expressit consuetudinem dicendo senex quam si diceret dominus maior Senex si querat me: vt ex verbis suis tam meretrix q̄ lena describta est: ita & Parmeno ipse qualis sit ostenditur ex sua sibi locucione: exeundi autem causa de argumento sumitē: quia Pamphilus absens sit: & expectatur in dies eius aduentus: percontatum aduentum Pamphili honestam causam dixit idest post Pamphili aduentum: & percunctatum: & percōtatum scribitur sed percontatum a conto dicitur quo naute vtunt̄ ad loca nauibus opportuna: si vero percunctatū ab eo q̄d a cūctis perquirat̄ dicitur. Senex si querat me modo iisse dicito ad portum. Hec omnia submissa & veloci pronunciacione offerēda sunt. hec enim de se rideant huiusmodi verba vtpote & serui & festinātis. Audin quid dicam Syre audis modo: sentis: intelligis: vt Virgilius. Progeniē sedenim troiano a sanguine duci Audierat. Item alibi: neq; audit o.b. Audin quid dicam audis modo pro aduertis syre inducit. Audin quid dicam syre: conuenit nomē seruo

puero quod est gestire & ludere
Nullus: pro non. Alias vt vti possim: inter alias & alia
hoc interest: quia alias alio tempore significat: alia ali
ter: vt per alia integra nō dicta. Sed videon Philotin
mire inuenta est causa narrandi ideo quia peregre ve
nit meretrix alia quasi Athenis omnia esse sciret. Sed
videon ego Philotin: sic solet dubitare qui aduenienti
bus ipsis quos post multū temporis interuallū videt
Vnde hec aduenit: cum quodam contemptu eius hec
sibi Parmeno: salue mi castor Parmeno. Olim salutan
tes addebant iusiurandū: vt hoc sedulo facere videnē.
Me: aut adiectio est: & abundat: aut positum est pro
vna syllaba vt greci dicunt
Et tu edepol syra irrisit ad castor addendo edepol: &
quod illa Parmeno: ille hic addidit syra: syra supra ve
teres legerunt proponentes vt missus syrus. Vbi Phi
lotis te.o. vide licēciam supra Philotim: hic Philotis
dixit. Oblectasti tam diu: facete dictū meretrici: non
vbi fuisti: sed vbi te oblectasti. Minime me equidem
oblectaui: me acucius proferendum est: & respondet.
Corinthum hīc sum profecta: eo hinc magnum osten
dit dolorem habere Philotium quod relictis Athenis
Corinthi habitauerit. Hinc sum profecta inhumanis
simo multa dixit: & milite & hinc inhumanissimo. In
humanissimo quid potuit de milite & dici nisi superla
tuo: nanq; omnis miles inhumanus: hic vero inhuma
nissimus. Corinthum hinc sum profecta: hec argumē
ta sūt: an oblectare potuerat a persona: quia miles in
humanissimus a loco q̄ hinc profecta: a tempore quod
biennium: a re idest ab iniuria quā intulit. Biennium
ibi perpetuum: vt continuacionē sui casus ostenderet
perpetuum dixit. Misera: mulieris interpositio. Tot
illum tuli non cum illo fui: sed tuli: a deo non me oblec
taui. Desiderium Athenarum quod Corinthum pro
fecta es. Athenarum arbitror quod dixit hinc ante

